

## Werk

**Titel:** Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

**Untertitel:** Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

**Verlag:** Author; Weissius

**Ort:** Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

**Jahr:** 1624

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN755514025

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

**LOG Id:** LOG\_0020

**LOG Titel:** §. VI.

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

duobus modis, ut ipse censuit limitatur: & primum dicit ipse, in forma data in literis ad beneficia fauore impetrantis locum non habere, propterea quod ei etiam quod in fauorem partis introducta sit, renunciari non potest, ut est tex. in c. ii, cui conceditur de praben. & dignit. lib. 6. Secundo etiam loco limitat, & locum inquit non habere in clausula decreti, ut propterea quod ab ea forma, etiam quod sit in fauorem partis, recedi non potest, ut voluit gl. in d. c. dilecto. in vers. in clausula, extra de praben. & tradit idem Felinus in c. cum accessissent, in princ. in versic. tercia declaratio. extra de constitut. & ita inquit intelligenda esse ea, quae tradit gl. in d. l. à Diuo Pio. quae loquitur in casu, vbi est clausula decreti, & ideo mirum non est, si ei renunciari non potest.

## C A P. L V.

## A R G V M E N T V M.

Solennia statuto præcepta, forensem non ligant, nisi actu gerat in loco statuti.

## S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de solemnitatibus forensem & exterum sive alienigenam non comprehendit, nisi actum faciat in territorio statuentium.
- 2 Solemnitatum attenditur locus ille, vbi actus celebratur.

**A**dnotandum etiam est hoc loco, statutū † loquens de solemnitatibus forensem extraneum se alienigenam non comprehendere, nisi actum gerat in territorio statuentium. *I. si fundus. ff. de euict. & l. i. C. de emanc. liber. & tradit Cephal. in consil. 17. num. 26. vol. 2.* Nam, ut inquit idem Cephal. in consil. 210. quod precedet, num. 21. † quotiescumque de solemnitate agitur, locus ille attenditur, vbi actus celebratur. *l. 2. C. quemadmo. testam. aperian. & tradit Cygnus in l. 2. q. 2. C. que sit longa consuet. & Dynus & Bar. in l. cotraxisse. ff. de actio. & obligat. & in l. 1. prope finem. ff. de tutor. & curat. datis ab his. & Paul. Castr. in l. exigere, circa principium. ff. de iudic. & in l. cum antiquitas. num. 2. C. de testam. & Alex. in consil. 44. videtur, col. 1. & fin. versic. postremo, col. 5. & Aret. in consil. 54. & in consil. 83. & Ias. in consil. 48. num. 3. volum. 1. & consil. 59. col. fi. vol. 3. & Goz. ad. in consil. 49. num. 15. & Cagnol. in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. iur. & generaliter omnes Canonistæ in c. quod clericis, extra de foro competen. & Legistæ in l. 1. C. de sum. Trinit. & fide cathol. & alibi sepe Jephius.*

## C A P. L VI.

## A R G V M E N T V M.

Dationis in solutū petendæ formula.

## S V M M A R I A.

- 1 Dationis in solutum petitio, quomodo fieri debeat.
- 2 Simplex petitio ut bona debitoris sibi in solutum dentur non procedit.

**D**ationem in solutum, quia petitio præcedere debet, merito antequam ad alia procedamus, † quemadmodum talis petitio fieri debeat, in primis inspicendum est. Forma igitur huius petitionis talis est: debet enim creditor petere, bona debitoris vendi emptore reperto: eo autem

non reperto, sibi in solutum dari. † Plane si simpli- 2 citer & absolute peteret, bona debitoris sibi in solutum dari: huiusmodi petitio nō procedet, ut notat Bart. in l. pro debito, num. 2. C. de bon. author. iudic. posiden. vbi inquit, legem illam valde notabiliter esse, ex eaque manifeste apparere, eam petitio nem vt bona sibi in solutum dent, non procedere: vnde inquit Castren. ibidem, eam petitionem v. on subsistere. Animaduertendum tamen esse arbitratur, eam in casu quo emptor non reperiatur subsistere posse, ut patet ex rub. cu. m. in ea dicatur, de bonis autoritate iudicis possidendi, cu. loquatur de bonis, quæ non reperto emptore in solutum dantur, sed reperto emptore vendantur: & idem voluit ibidem Salic. in l. notabili, ca potissimum motus ratione, quod creditor in subsidium tantummodo admittatur emptore non reperto, ut est tex. in l. ordo. C. de executio. rei iudic.

## S. VI.

## C A P. I.

## A R G V M E N T V M.

Subhastitutionis origo, mos & solennia apud antiquos.

## S V M M A R I A.

- 1 Subhastitutionis antiquitus inducta.
- 2 Bona proscriptorum sub hasta vendi solita, ac etiam vectigalia.
- 3 Bello capti & serui ere comparati ex edito lapide enunciabantur.
- 4 Seruus trans mare adductis cum venales erant, ut a ceteris mancipiis dignoscerentur, alba creta pedes illinibant.
- 5 Euictione seruorum venditor non tenebatur seruorum sub pilo renditorum, & venditor ad nihilum tenebatur.
- 6 Pracones singulis auctionibus bona proclamant.
- 7 Seruū venales, quomodo apud Grecos appellarentur.
- 8 Auction hasta Roma etiam imperitis notissima.
- 9 Hastam refrixisse, quid denotet.
- 10 Hastam vibrare, quid denotet.
- 11 Pertica tristis, quid esset.
- 12 Magistri, qui dicerentur apud antiquos.
- 13 Conductiones sub hasta fieri impropriæ dictum est.
- 14 Hasta salutis, quomodo & quando diceretur.
- 15 Accursius antiquitatis prorsus ignarus.
- 16 Subhastitutiones pluribus diebus fieri debent.
- 17 Subhastitutionis forma.
- 18 Licitatio, infra quod tempus fieri debeat.
- 19 Licitatio debet fieri praesente officiali.
- 20 Subhastitutionis non est locus solemnitatis, & semper requiritur, vbi venduntur res absentis, vel minorum, vel decurionis, vel fisci, vel ecclesie.
- 21 Subhastitutionis non requiritur in venditione mobilium.
- 22 Subhastitutionis licet inter absentes fiat, obligatio tamen contrahitur.
- 23 Subhastitutionis una facta, quando alia fieri possit.
- 24 Subhastitutionis si dicatur, dabatur, est promissio dandi.
- 25 Subhastitutionis offerentes debent esse presentes.
- 26 Subhastitutionis ve obligetur, necesse est, ut vice praconis, vel edicto publicatio fiat.

Quo-

**Q**uoniam bona debitorum, quæ ad satisfacientem creditoribus in solutum dantur, in primis vendi debent, & non reperto emptore, ad dationem in solutum creditoribus deuenitur, ut habetur in d.l.or. C.de execut.rei iudic. debetq; ipsa venditio sub hasta fieri, ut ex infra dicendis liquido apparebit: merito antequam ad ea, quæ Doct. nostri de ipsa subhastatione dicunt, deueniamus, nonnulla (ut nostri est instituti) de ea ex + antiquitate hauriri oportet, ut ea quæ deinde à Doct. nostris dicuntur, clarius appareant, inquit igitur antiquitatis satis fidelis & copiosus relator Alexander ab Alessandro, suorum generalium lib.3. cap.16. Captas non deditas vrbes diripi consueisse, tum etiam si quando bona proscriptorum, + hostiumve manubiae, aut præda venales forent, vectigaliave locarentur, vsum obseruasse, ut hasta posita venirent, quæ publica dicta est, sicut bello capti, + quod coronati, & serui ære comparati, quod ex edito lapide enunciabantur venales sub corona, & de lapide empti dicebantur, & qui turmatim veneunt in cathasta: fuisse ait moris vetusti, ut his + qui trans mare ad uectis venales forent, quo à reliquis mancipiis dignoscerentur, alba creta pedes illinirent, obseruatum, ut de seruis sub pilo venditis + emptori nihil præstaret, neq; euictioris iure teneretur, tanquam insignia forent mancipia, & probatissima: Vtque præcones, + & qui bona præscribunt bona Regis Porsenna venalia singulis auctionibus proclamèt: ex eo dictum quod discedēs ab urbe Porsenna, casta commeatibus referta populo diripienda deisse: Græcis vero, + vbi venalia producuntur mancipia Cycli: at vbi descendunt, ut essent conspicua omnibus, Trapeze dicta sunt. Hac præterea de re Cælius Rhodiginus lectionum antiquarum lib.21. cap.17. inquit Romæ auctionem + hastam rem fuisse etiam imperitis notissimam, cum publice ciuium bona distraherentur. Hinc refixisse + hastam eleganter pronunciamus, cum desitum tandem significamus, cesatumque vel à magistratu violento & sordido, aut tyrannica rabie deseuendi in miserorum bona. Nam vt Marcus Tullius eloquenter & scite hastam Cæsarlis refixisse dixit: sed & hastam sperare scelerati ac perdit homines dicuntur: quod ex ea est farina, qui ciuium affectant bona: sicut + hastam vibrare dicuntur, qui sanguinariam huiusmodi consequantur auctionem. Præterea Cicero de Offic.lib.2. inquit, dum homines perdit hastam illam cruentam & meminerint & sperabunt, quam P. Silla cum vibrasset dictatore propinquuo suo: Idem & trigesimali anno, postea sceleratiore hasta non recessit. Lucius vero illa, quantum suggerit historia, addidit & vocem intolerabilem. Nam cum posita in foro hasta ciuium bona venderet, prædam suam se vendere sauvissime dictibat: proinde hastam huiusmodi perticam + quoq; tristem nuncupari nouimus, & Corn. Tacitus lib.13. inquit, Heliuidum priscum tribunum plebis aduersus Sabinum ærarii questorem contentiones proprias exercuisse tanquam ius hastæ aduersus inopes inclementer augeret. Apud Tertulianum in apologetico hastarium dici legimus venditionem id genus. In hastario enim, inquit vectigales sumus. Nec inquit, illud omittendum esse, ut obscurissimum Ciceronis & Quintilianil locum aperiat, + magistros dici qui bona sub hasta vendunt: Vnde

id in epistolis ad Atticum, lib.1. vna agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio: & is, quem putabat fore magistrum, si bona venirent. L. Pontius, & lib.6. de possessionibus hereditatum: & possidens bonis Magistris faciundis vendendisque ex edicto: & postulati, & fieri solet, ex his subdit inferri lucem verbis Fabii lib.6. de iocis, dum inquit: Peruenit res usque in ænigma: quale est Ciceronis in Pletorium Fontei accusatorem, cuius matrem dixit, dum vixisset ludum, postquam mortua esset magistros habuisse. Dicebantur autem, ut iple subdit infames fœminæ ad eam conuenire solitæ: post mortem bona eius veniebant: quamquam hic ludus per translationem dictus est, Magistri autem per ambiguitatem. Haec tenus ex Fabio. Ad hosce porro magistros forte respexit iterum M. Tullius, dum ait: Heus tu, manum de tabula, Magister adest, in familiaribus Epistolis: et iam si non excidit, quid alibi præceptum à me sit. Cæterum obseruauimus & illud hastam in classiæ authoribus, non de auctionibus venditionibus que modo dici, sed & de locationibus, ut supra ex Alessandro ab Alessandro diximus: quæ publice fiunt, vade assueti hastæ appellati eleganter, qui eam conducere + consueuerunt. Docuit hoc Titus 13. Liuius ab Urbe cōdita lib.24. cum Censores inquit, ob inopiam ærarii Seiam locationibus abstineret, ædium sacratum tuendarum Curulumq; equoru præbendorum, ac similiū rerum conuenere ad eos frequenter, qui hastæ huius generis assueuerant: hortatiq; Censores, ut omnia perinde agerent locarentq; ac si pecunia in ærario esset: Cornelius vero Nepos in Attici Pomponii vita, de hac etiam intellexisse videtur, dum ait: Ad hastam publicam nunquam accessit, nullius rei: neque pars, neque manceps factus, vnde Ouidius lib.4 de Ponto:

*Aut populi redditus positam componet ad hastam.*

*Et minui magna non sinet Urbis opes.*

In Quintiliani vero declamationibus + hastam salutis dici inuenies de frumenti venditione in fame ac penuria non ferenda, sed si semel inquit, ponis hastam salutis, & redemptores vitæ admittis, & nos admone, melius vendes & de hac hasta meminit etiam Alexander ab Alessandro eodem lib.3. suorum genialium, cap.16. dum inquit præterquam fuit hasta salutis: vbi in summa inopia ad leuandam famem hasta posita publice frumentum venit. Illud præterea adnotandum est, apud Pomponium Iureconsultum in l.2. ff. de orig. iur. ibi, deinde cum esset necessarius magistratus, qui hastæ præcesset, Decemviri litibus iudicandi sunt constituti. Accursius + eo in loco antiquitatis penitus ignarus, exponendo illam dictiōnem hastæ, dum ibi dicitur, hastæ præcesset, dicit alias escæ, id est, frumento publico. Alii vero exponunt hastæ, id est, partia stre, id est, exercituit & ali dicunt Veste, & eodem modo exponunt. Verū Accursius hac de te in tenebris am bulauit, prout in aliis multis hoc genus: et si alioquin in iure ciuili interpretando doctissimus ac peritissimus fuerit. Hodie autem subhastatio tam in vendendis, quam locandis bonis publicis, frequenter in usu est. Debent igitur bona debitorum antequā creditoribus adiudicetur, vel in solutum dentur, sub hasta vendi. Debent autem huiusmodi + subhastationes pluribus dieb. publice proponi, ut inquit Paul. Castr. in d.l.or. C.de executione rei iudic. & id ad frau-

<sup>17</sup> des euitandas introductum est. Forma tamen subhaftationis, ut inquit Bart. in l. licitatio. num. 2. ff. de public. & vestigal. huiusmodi est: Debet enim à præcone, vel edicto proposito & affixo publicari, & omnibus denunciari: ut quicunque rem, vel bona aliqua emere velit, compareat ad locum destinatum, infra tempus aliquod ad hoc præfixum & deputatum, ad offerendum: & quod plus offerenti dabuntur, ut habet. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccl. & in l. I. C. de fide instrument. & iure hasta fisc. lib. 10. De hac subhaftationis forma meminit etiam Cuman. in d. I. licitatio. num. 3. ff. de public. & vestig. addens Bart. offerentem nomen suum describi curare oportere, ac etiam ut supra diximus, talem subhaftationem, sine intimatione ac propalatione fieri non posse, ut inquit Bertran. in consil. 239. num. 3. vol. 1. per ea quæ habentur in l. nam ita Diuus. ff. de ad. optio. & in l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in cap. 1. extra de causa poss. & propriet. Si vero queratur, quantum temporis ad ipsas licitationes faciendas à iure constitutum sit. Bart. in eadem l. licitatio. num. 3. distinguendo tamen dicit, si de rebus fisci, Ecclesiæ & minorum alienand distractetur, hodie viginti dies dari, ut ex legibus supra deductis appareat, & tradit Menoch. in cap. 129. num. 1. cum sequent. in tract. de arbitr. ind. lib. 2. centuria 2. Capicus decif. 36. num. 4. & Ioan. de Platea in d. l. si tempora, num. 1. C. de fide instrument. & iure hasta fisc. & late Bart. in d. l. licitatio. & voluit glos. 1. C. de vendit. honor. ciuit. & in d. l. I. C. de fide instru. & Bald. in l. I. C. de prescript. 30. annor. & Fabia à Monte in tract. de emptio. & vendit. quest. 5. princ. num. 86. de bonis autem minorum tradit Roland. à Vallé in consil. 33. num. 14. vol. 1. si vero de rebus & bonis aliorum tractetur, & tunc id arbitrio venditorum cōmittitur, ut olim in omnibus obseruabatur, cum tempus præcisum & determinatum non reperiatur. <sup>19</sup> Debet tamen præterea huiusmodi subhaftatio seu licitatio coram officiali fieri. l. fin. vbi tradit Bald. in d. l. ordo. C. de executio. rei iudic. dum etiam inquit, & nos supra diximus, licitationem & tamen subhaftationem leuis solemnitatis non esse: semperque vbi res absentis vel minoris aut decurionis, fisci & Ecclesiæ venduntur faciendas esse: nec non etiam cum ad secundum decretum peruenitur: & si in tamen mobilium venditionib. non requiratur, ut inquit Bal. in l. I. C. si propt. public. pensi. Non est etiam omittendum, quod licet <sup>20</sup> subhaftatio tamen seu licitatio inter absentes fiat, obligationem tamen contrahi, & venditionem sequitam esse, arg. l. in ementis, & ibi notariorum. C. de contrah. empt. Nam in his, quæ ad incertos pertinent, præsentia personæ necessaria non est. l. qua ratione. <sup>21</sup> §. hoc amplius ff. de acq. rer. dom. Facta autem tamen subhaftatione vel licitatione, ut alia fiat, seu ut bona iterum sub hasta ponantur, petere quis non potest, nisi talis sit, qui in integrum restituiri possit. Non est etiam omittendum, quatenus in ipsa licitatione seu <sup>22</sup> subhaftatione dici consuevit, tamen vel bona quæ licitantur & subhaftantur, plus offerenti danda esse, promissionem quandam vendendi continere, & ideo prædictæ subhaftationis formæ illa verba addenda esse existimant Cuman. in d. l. licitatio, & proposito edicto, ut quis velit emere, vel conducere datum, veniat & offerat, & si plus obtulerit, suum erit, ut habetur in l. 4. ff. de publ. vestig. & commiss. &

ideo si licitator dicat, si plus offeratur, rem vel bona danda esse ei qui obtulerit, delata videri, & sic conditio impleta sit: si vero dixerit plus offerenti danda intelligatur ad vendendū tantummodo obligata esse. Verum quicquid dicatur, consuetudo loci seruanda est, & ideo tamen mos plerumque licitatio vel subhaftationis est, ut ii qui offerunt, præsentes sint: & ultimo quam plus libere obtulerit derur: unde liberam venditionem importare & inferre dicendum est. Dixit etiam Ang. in consil. 324. num. 1. ut licitatione vel subhaftatione tamen licitator vel subhaftans obligetur, oportere voce præconis, vel edicto aliquo, vel alio quoconque modo publice sit notum, res vel bona venalia exposita esse: & ut ille qui emere vult, compareat & pretium promittat, & quod tunc plus offerenti dabuntur, ut habetur in d. auth. hoc ius porrectum. C. de sacro. eccles. & notat glos. in l. si tempora expresse. C. de fide instrum. lib. 10. si enim prædicta verba, quod plus offerenti concedentur in edicto vel præconis voce expressa non sint, ipse subhaftans vel licitans non obligatur: Imo potius videtur subhaftans vel licitator aut bona venalia exponens pretia explorare, quam vendere, cum se venditum non offerat, ut voluit Bart. expresse in d. l. licitatio, in princ. in penult. quest. ff. de public. & vestigal.

## C A P. II.

## A R G V M E N T V M.

Subhaftatione facta, si quis offerat, & Notarius illud ad notam sumserit, an obligatio exinde orta sit.

## S U M M A R I A.

- 1 Obligatio an inter licitatem & subhaftantem oritur, si oblato pretium promittat, & Notarius scribat.
- 2 Licitator siue subhaftator, ex quo bona vendenda & plus offerenti danda esse publicari voce preconis, vel edicto procurat, cum certa persona contrahere videtur.
- 3 Contractus emptio & venditionis est perfectus, si ab uno dicatur, volo vendere, & ab alio, volo emere.
- 4 Missilia Princeps qui proiici mandat, ei qui occupauerit, donare videtur.
- 5 Stabularii & ii, qui hospitium retinent statim quod illud instituunt, dicuntur cum hospitibus, & illi qui ad eos diuertunt, contrahere, etiam quod multo deinde tempore post ad eos diuertant.
- 6 Contrahitur etiam cum incertis.
- 7 Aduocatus patrocinium illius, qui petit suscipere tenetur, & cogi potest.
- 8 Procuratores quoque patrocinium petentis suscipere cogi possunt.
- 9 Syndicus universitatis officium suscipere dicitur, & cogi potest, num. 14.
- 10 Notarius instrumenta conficeret petentibus cogi potest.
- 11 Caupo & stabularii cogi possunt hospites recipere.
- 12 Doctor consilium dare, ac consulere cogi potest.
- 13 Meretrix quæ est in lupanari ut sui copiam faciat ad eam accendentibus, secundum ius civile, cogi potest.

Hac

**H**ac in re quæsiuit Bart. in d. l. *licitatio*, num. 4. *ff. de public.* & *rectigilib.* de huiusmodi dubitatione: quidam rem seu bona sub hasta ponit curavit, & oblatōr † aliquis pretium obtulit, & notarius scripsit. His statibus, quæsitum fuit, an ob id inter ementem & vendentem siue inter subhastatem & oblatorem seu licitatem obligatio orta sit? Et in primis dixit nullam inter eos ortam censeri obligationē, cum inter publicationem subhastationis, & promissionem aliquod est interuallū, ut videtur text. in l. i. §. 1. *ff. de verb. obligat.* Verum remelius ac diligentius perspecta, contrarium verius arbitratitur, & obligationem ortam esse censet, his de quibus paulo infra dicemus, iuribus & rationibus & primum, quia vbi cunq; quispiam huiusmodi <sup>1</sup> di † venditionē publicari ac banniti procurat, cum certa non autem incerta persona contrahere videatur, hoc est, cum eo qui plus obtulerit: Vnde est, vt ex parte quoque promittentis † contractus perfectus dicatur non aliter ac si ab uno vendere velle dicatur: & ab alio emere, vt notatur in l. in venditis *ff. de contrah. emp.* Potest sane huiusmodi conclusio pluribus exemplis comprobari; & in primis in missilibus in vulgus proiectis; Nam Princeps, † qui in suo aduētu, vel alia quavis de causa pecuniam in vulgus proiici mandat, ei donare, qui occupauerit, intelligitur, *l. quadrat. fin. ff. de acquir. rer. domin.* et si quisnam sit futurus occupatus, prorsus incertum sit. Idem etiam de eo dici potest, qui publicum hospitium, stabulum aut popinam instituit <sup>2</sup> ac retinet: Nam licet † hospites, aduenæ & mulieres, vel alii ad huiusmodi loca diuertentes longo tempore post elapso accedant & † incertum sit, quinam illi qui accendent, futuri sint, & ex consequenti valde incerti; ea tamen inter ipsos & hospiti, tabernæ & stabuli institorem seu retentorē obligatio orta est, vt eos ad seipso recipiendos cogere possint, *l. i. ff. furti aduers. naut. cau. & stabula.* & id eo magis in casu nostro dicendum est, ex interuallo non fieri illud, quod infra illud tempus sit. Idem etiam de aduocato † dicunt Doct. qui illorum patrocinium, qui ad eos configuiunt suscipere cogi possunt, et si quinam hi futuri sint, incertum prorsus & incognitum dicatur, vt voluerunt Bal. & Salyc. post Gofred. in *l. inuitus. C. de procur. per text. in l. prouidendum. C. de postul.* & *notat glo. in l. i. §. ait pretor, in verbo, habebunt; ff. cod. tit. de postulan. vbi Ang. notat illam glo.*

<sup>3</sup> † id quod de procuratoribus quoq; dicendum est, qui in curiis aliorum tutelam & defensionem suscipere solent; Qui etiam minus proprie loquendo aduocati appellantur, prout voluerunt etiā Fulgos. Paul. Castrenſ. & Alex. in *d. l. inuitus.* & facit text. in *l. i. §. aduocatos. ff. de var.* & *extraord. cogn.* & late tradit Decius in *l. inuitus nemo ff. de reg. iur.* & de aduocato tradit etiam Guiliel Maincius in *eadem l. inuitus nemo. num. 2.* Ratio autem est, quia officium aduocati est quodammodo publicum, vt probatur in *l. fori tui,* & in *l. aduocati.* *C. de aduocat. diuers. iudic.* & idem etiam de procuratore fisci seu Reipublicæ dicendum esse voluit Salyc. in *d. l. inuitus, argumento l. hi qui ad ciuitia.* *C. de appell.* & in *l. si quis magistratus ff. de muner.* & *honor.* & ideo syndicus † vniuersalis officium suscipere dicitur, vt notat Bald. in *d. l. filius familiæ. §. inuitus. in princ. ff. de procur.* & idem dixit Ang. <sup>4</sup> in *d. l. i. §. ait pretor. ff. de postulan.* de Notario, qui ex quo publicum officium exercet, instrumenta con-

ficeri compelli potest, vt notat Bart. in *l. i. ff. furti aduers. naut.* & Bal. in *Rub.* *C. de fide instrum.* col. 2. *versic.* Sed dubitatur, & idem voluit Hostiens. in *summa, in tit. de fide instru.* §. ex quibus. *versic. hi qui.* dum subdit, quod si Notarius rogatus recipere recusat, est perjurus, & officio notariatus priuari potest; & hoc dictum refert & sequitur Cardin. in *item. i. in versic. dum, in 13. notab. de iure iur.* & idem dixit Ang in *d. §. ait pretor.* † De caupone, popinatio & stabulario, propterea quod ex quo ipsi publica loca retinent ad recipiēdum eos, qui ad ipsos accedunt, cogi possunt, prout notat etiam Bar. in *d. l. i. ff. furti aduers. naut.* & in *l. i. ff. nauta. caupo & stabul.* & in *l. i. §. cum carnis. ff. de offic. prefec.* *verb.* Præterea, † quod Doctor cogatur consulere, voluit iterum glos. in *l. 2. in versic. consensum.* *C. de proxim. sacro scrin. lib. 12.* & *alia glos. que citat text. in l. sancimus. la. 1. C. de aduoc. diuersi iudic.* vbi tradit etiam Salyc. & iterum Bart. in *l. proxime, in princ. C. de aduoc. diuersi iudic.* vbi etiam idem dicit Salyc. & iterum Bald. in *l. proxime, in princ. ff. de his, que in testam. delen.* & Butr. in *c. si pro debilitate, col. 4. extra de offic. delegat.* Idem præterea de iure ciuili, non tam in foro conscientiae in meretrice † dicēdum <sup>13</sup> est, quæ in prostibulo & lupanari versatur, & artifice, qui suæ artis insignia appensa retinent; Nam cum meretrix hæc, quæ in lupanari versatur, publica dicatur: & pariter ille artifex, qui insignia appensa habet, merito & ipsa quoque & artifices tales ad inseruendum & vendendum merces suas compelli ab ipsis emptoribus possunt. *d. l. i. C. furti aduers. naut.* & Bal. in *d. l. filius familiæ. §. inuitus. super gloss. prima.* concludit omne officium utilitate & autoritate publicum; vel utroque modo publicum officium necessarium esse, & recusari non posse: & ad illud, quod notat *glos. ibi, facit text. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun.* & *honor.* Præterea de meretrice tradit etiam Boerius in *decis. 317. nu. 8. vol. 2.* addens cum huiusmodi meretricibus coitum etiam violentum esse impunitilem, vt inquit *gloss. in l. i. C. de rapt. virg.* etiam si ab uno tantum, quo casu publica non dicitur, cognita prius fuisset, vt inquit etiā Castren. in *consil. 273.* & ibi latius Boerius. Item de meretrice, quod inuita cogatur, dicit etiam Bern. ondus Coueronius in *tract. de public. concub. in rub. de stupro,* pag. 1c 9. num. 30. vbi & ipse idem dicit de adiuncto & syndico. Vnde redeundo ad rem nostram, <sup>14</sup> vt inter eos nata sit obligatio, dicendum est, etiam personas incertas concernere videatur, & ideo si ille qui bona sub hasta ponit vendenda, obligari nō vult, nō adiiciat vt editio illa verba, & plus offerenti dabitur, nam tunc non obligabitur: quia tunc, vt supra diximus, potius rei pretiū explorare videtur, quam vendere velle, cum se non offerat venditum. Sed hodie hæc disputatio necessaria non est, cum proponantur in albo bona vendenda, & in eo dicatur, danda esse plus offerenti, candela accensa.

### C A P. III.

#### A R G U M E N T U M.

Subhastatione facta, si secund<sup>9</sup> offerat, an prim<sup>9</sup> licitator eo liberetur.

#### S V M M A R I A.

<sup>1</sup> Licitator unus si offerat mille, secundus vere mille & centū, an primus ob secundi oblationē sit liberatus.

<sup>2</sup> Text.

- 2 Text. in l. Sabinus ff. de in diem addict. liberatur.
- 3 Subhastanti non aufertur potestas acceptandi pri-  
mum licitatem.
- 4 Approbatio plena, que dicitur.
- 5 Subhastans si sit administrator publicus ecclesie, vel  
minoris, ex suo officio tenetur plus offerenti dare.

**D**Vbitari saepe accidit de huiusmodi specie: Primus † licitator hasta posita obtulit mille, secundus vero deinde mille centum: quæritur stantibus his duabus oblationibus, an primus ob secundi oblationem à sua oblatione liberatus sit? De hac conclusione multa refert Franc. Cremen. in sing. 41. & Bald. in consil. infra relato, dum dicit huiusmodi casum in vrbe Aretina: Nam cum quidam Princeps, vt ipse ait, Malatesta sub hasta omnia sua datia ponni mandasset, primus licitator plus obtulit, secundus vero aufugit: Vnde ille Princeps primum licitatem ad datia suscipienda & pretium oblatum soluere cogere volebat, & ideo quid iuris in hoc casu esset, quæsumus fuit. Bart. eum cogi posse existimauit, propterea quod secunda oblatione liber à sua oblatione effetus non esset, vt dixit ipse Bar. in d. l. licitat. ff. de pub. & vct. arg. tex. in l. Sabin⁹. ff. de in diem addict. vide Fabia de Monte in tract. de empt. & vedit. in versi sequitur de solemni subhast. nu. 93. fol. 146. pag. 2. in vol. 1. tract. Contrariuero concludendo voluit Bald. in quodam suo consilio incip. Quidam Titius de Arimino. eum namque liberatum esse censuit: & mouetur tribus potissimum iuribus, vide licet text. in l. Valerianus. ff. de pret. stipul. & in l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. & in l. cum plures, §. lege dicta. ff. loc. vbi habetur secundo actu ante rei perfectiōnem à primo recessum videri, & tenendo hanc conclusionem, respondet Bald. ad text. † in d. l. Sabinus, in actu perfecto, & iam consumato procedere, vtputa in venditione perfecta cum pacto addictionis in diem: nam tunc dubium non est, primum actum venditionis perfectæ creditore inuito, oblatione à secundo facta non rescindi: at secus in subhastatione, vbi venditio perfecta non est, sed suspensa, donec plus ab alio offerretur & ita concludit Bald. in prædicto consilio, verum reiecta opinione Bald. in consil. 32. 4. num. 3. opinioni Bart. adhæret, dum voluit ei qui rem sub hasta ponit, & ad licitandum exponit, licere meliorem conditionem ei oblatam reiicere, propterea quod iis renunciare vnuſquisque potest, quæ ad suum comodum introducta sunt, l. si quis in conscribendo, cum concordantib. adductis. C. de pact.

Stante hac Bart. opinione, pluribus modis eam limitare solent: & primum si nominatim actuū sit, vt empori resilire & recedere liceat, meliore conditione oblata, quandoquidem tunc huiusmodi oblatione emptio prima dissoluitur, & si venditor subsequentem non admittat, d. l. Sabinus, ff. de in diem addict.

Secundo loco limitatur, si ille qui rem sub hasta ponit, rem ipsam sub hasta positam posteriori licitanti etiam minus idoneo addixerit, dummodo tamē eum scienter elegerit, l. si venditor, §. sed si neuter, eod. tit. † Lieet enim posteriorē licitationem approbare dicatur, ob id tamen subhastanti potestas acceptandi primum licitatem sublata non intelligitur, propterea quod posterioris licitationis approbatio non sufficit, nisi plena sit, vt inquit gloss.

in l. quod autem ff. de in diem addictio. Approbatio autem † tunc dicitur, cum posteriori licitanti venditionis contractu ita adiicitur, vt addictio de iure subsistat. Nec quicquam refert, aduersus eam in integrum restitutio peti possit, dummodo talis addictio iure saltem naturali subsistat: at secus si ex ipsa additione nec ciuilis, nec naturalis obligatio oriatur, vt habetur in d. l. si venditor, versi. sed pupillus, de in diem addict. Et ex hoc inquit Ang. in d. consil. 32. 4. manifeste concludi additionem approbare satis non esse, nisi talis approbatio iure saltem naturæ subsistat, & ita ex causa naturalis obligatio oriatur: nec sufficeret alia probatio, nisi addictio seu venditio interueniat, vt supra dictum est.

Tertio limitatur, † quando subhastans publicus administrator est, vel ecclesie, aut alicuius minoris; hi enim ex debito sui officii plus offerenti rem dare tenentur, nec afferentem meliorem conditionem reiicere possunt: quin imo inuiti, etiam accipere coguntur, si tempus subhastationum à legge statutum, vel consuetudine præfixum ordinatum patiatur, ob id quod lapsum non sit, l. si tempora. C. de fide instrum. & iure hasta fisc. lib. 10. vbi videtur tex. expressus, & qui talem meliorem conditionem non recipit, in dolo esse dicitur, l. si quos, iuncta gloss. C. de res cin. vend. Verum, si recte animaduertatur, hodie huiusmodi dubitatio satis clara est, nam usus obseruat, cum plus offerenti rem dandam esse in albo proponatur, vel edicto publicetur, plane vbi cunque quispiam plus obtulerit, candela accensa, primus oblator liberatur & subsequens remanet obligatus: & sic dubitandum non videtur, quin ob secundam oblationem primus à sua oblatione & promissione liberatus sit.

#### C A P. IV.

##### A R G V M E N T V M.

Subhastatione facta an res ipsa plus offerenti addicenda sit.

##### S V M M A R I A.

- 1 Subhastatione facta, an ciuitas cogatur dare rem subhastatam plus offerenti.
- 2 Offerenti minus rem subhastatam dare, quandoque melius & vitius est.
- 3 Gabellarum emptores, ob publicas necessitates quandoque ante tempus conuentum, pretium soluere cogi possunt, remisso tamen eis mediis temporis interfurio.
- 4 Subhastatione qui obligari non vult, illa verba, plus offerenti dabuntur, apponi non sinat.
- 5 Venditio rerum fiscalium semper cum pacto additionis in diem fieri intelligitur: quod tamen secus est in bonis ciuitatum.
- 6 Ciuitas statutum ad suum commodum inter suos ciues facere potest.

**Q**vari etiam hoc loco potest, et si hac eadem de re supra nonnulla dicta sunt; An ciuitas † hasta posita, & facta licitatione rem ipsam venalem propositam plus offerenti dare compellatur, vt proposuit Angel. in l. si is qui bona. num. 7. ff. de pig. & hypoth. Quia in re verba edicti seu præconis attendenda esse censet: Quandoquidem si in edicto proposito vel præconis voce, plus offerenti dandam esse

# De Executionibus, Tractatus. §. 6.

311

**1** esse exprimatur, & tūc ciuitas dare omnino debet, & ad illam dandam cogi potest. Si vero verba simpliciter proferantur, nec illa verba, quod plus offerten dare cogi ac compelli non posse dicendū est. Et ratio est, quia ad hoc se non adstrinxit, & probabilit̄ esse potest, vt rem sub hasta iusti pretii perquirendi gratia magis posuerit qua n vendēdi: tum etiam quia † minus offerten vendere magis expediat præsenti pecunia, quam plus offerēti: Solutio ne vero longius dilata ac distracta, vt voluit etiam gl. quam sequitur Bart. in d.l. si tempora. C. de fid. instr. & in hastæ fisc. lib. 10. Et si huiusmodi † gabellarū emtores conuētum pretium soluere cogi possint, medii tamē temporis remissio interulurio, vt est gl. not. in l. 2. C. de condit. ex lege, & in l. creditor. ff. de solut. & ideo subdit Ang. ibid. eum qui rem sub hasta venale exponit, si huiusmodi subhastatione † obligari nō ve lit, diligenter animaduertere, & curare debere, ne illa verba, plus offerēti dabitur, apponantur, vt inquit Bart. in d.l. licitatio ff. de publ. & vectig. & addit illud quod dixit Bal. in l. omnes. C. sine cenu. vel reliquis. & tex. in l. Lucius. §. idē respondit ff. ad munic. dum ex presse inquit, † rerum fiscalium venditionem semper sub pæcto additionis in diem fieri censendum esse, d.l. si tempora. C. de fid. instr. & in hastæ fisc. lib. 10. licet secus sit rerum ciuitatum. Dicit tamen Accurs. in d. §. idem respondit, id verum esse, nisi ciuitates de rebus suis alienandis & huiusmodi pacto apponendo legē particularem, vel priuilegium habeat: id quod iterum etiam voluit Accurs. in l. 1. & 2. C. de reb. alien. non alien. & Bart. ibid. declarando exponit nullam aliam legem, id est, statutum. Potest † namque ciuitas statutum ad suam utilitatē & commōdum inter ciues suos facere, vt habetur in eod. §. idē respondit. & in l. Antiochenum. ff. de priuile. cred. cum inquit ibidem Ang. illud addendum esse, quod notat Bart. in l. vectigal. ff. de public. & vectig.

## C A P . V .

### A R G U M E N T U M .

Subhastatione facta, an agnatus ad redhibitionem admittendus aut alioquin extraneo licitatori immo dicum afferenti præferendus sit.

### S U M M A R I A .

- 1 Agnatus creditor offerens in licitatione iustum pretium, vel procurans rem distractam iusto pretio redimere, an præferendus sit alteri plus offerten pretium excessiu.
- 2 Priuilegium agnati respicit personam non pretium.
- 3 Restanti valet, quanti vendi potest.
- 4 Pretium iustum illud est, quod venditor est ab alio habiturus.
- 5 Licitatio animosa in præiudiciū consocii permissa est.
- 6 Malitiis via aperienda non est.
- 7 Consors qui promisit fundum vendere consorti & nō alii sub pena, cogitur vendere pretio communī, non autem immoderato.
- 8 Vendere qui cogitur, aut retrouendere alicui à lege, intelligitur iusto pretio.
- 9 Vendere, qui tenetur, aut reuendere, quando posse vendere, vel reuendere eo pretio, quod ab alio reperiatur.

**R**ipa in l. cum bona, nu. 21. ff. de priuile. credit. querit, † an agnatus creditor in licitatione iustum pretium offerevis, vel cupies rem distractam iusto pretio redhibere vel retrahere, alteri offerenti pretiu excessiu & immoderatum præferri debeat? Et in primis inquit, præferendum non videri, per illū tex. iuncto communī intellectu, vt procedat catēris paribus. Nam priuilegium † agnatis personarū causa, nō pretii concessum est. Secundo, quia † res tantū valet, quanti vendi potest, l. eum qui, §. melior. ff. de in diem addit. & l. 1. §. si heres ff. ad Treb. Illud enim † iustum pretium censetur, quod venditor est ab alio habiturus, l. seruus, ff. de condit. furt. & l. prætor ait, §. in eum. ff. de bonis author. iudic. possid. Tertio, † quia animosa (vt ipse ait) licitatio in præiudicium consocii permissa videtur, d. l. licitatio, in princ. ff. de publ. & vectigal. & l. ad officium, C. commun. diaidun. Quar to etiam facit tex. in l. fin. C. de iure emphyt. & ita fir mat Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de empt. & vendit. §. adiuvendum, il. secundo. & Bald. in l. 2. circa fin. C. de rescind. vendit. & Saly. in d. l. ad officium, C. commun. diaidun. Contra vero prædictam conclusionē subdit Ripa eodem in loco, facere ea quæ subsequuntur, & prium illud, quod dixit Accursius in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & inquit esse text. in l. 1. in fin. & facere illud, quod ibi notat Bart. C. de metall. lib. II. Secundo, quia via † fraudibus & malitiis aperienda non est, l. in fundo. ff. de rei vendicat. & cap. sedes, extra de rescript. Facillimum namque esset agnatum defraudare, ingentem licitationem supponendo. Tertio etiam optime facit illud, quod decidit Angel in l. qui Romæ, §. cohæredes. ff. de verbis. obligat. dum voluit, consortem † qui consorts fundum sub aliqua pena & non alii vendere promisit, communī pretio vendere obligatum esse, non autem magno se excessiu vel immoderato. Quoniam autem in hac quæstione multa hinc inde deducuntur, & res ad non leuem ambiguitatem deducit, merito Ripa eodem in loco subsistens dicit, quid tenendum? & ad vñteriora transiendo inquit Ioan. ab Imola in d. §. cohæredes, distinguere in tria membra. Verum eius distinctionem in primo membro non probat, dum ait; vñcunque agitur de iure quæsito conseruando, de pretio quod cōmuniciter offertur, intelligendum esse, non autem de ingenti, excessiu & inconuenienti: nam id confundi & subuer ti, subdit Ripa per text. in d. l. fin. C. de iure emphyteut. & ideo Ripa ad aliam distinctionem transit hoc modo. Aut enim, inquit ipse, quis † cogituralicui à lege vendere, aut retrouendere; & tunc de iusto & conuenienti pretio intelligendum esse, d. l. 2. Aut vero vni magis, quam alteri vendere, vel reuendere non cogitur: vñus tamen alteri præfertur, non respectu pretii, sed personæ, vel alterius qualitatis: † & tunc huiusmodi prælationis priuilegium de pretio, quod ab alio reperitur, intelligendum est: & ita inquit loqui text. in d. l. cum bona. & text. in d. l. fin. & in d. l. licitatio, & in l. 2. & sequent. C. si propter publit. pensit. & ideo subdit aut statutum concedit agnato vt retrahere possit eo pretio, quo fuit distracta, & tunc pretium est certum: aut vero concedit simpliciter, & tunc de iusto & communī pretio intelligendum esse: aut vult agnatū omnibus aliis præferri, & tunc de eo pretio quod ab alio reperitur, intelligi debet;

C A P .

## C A P. VI.

A R G V M E N T V M.

Subhastatione facta, in licitatio-  
ne cæteris paribus creditor cognatus  
præfertur.

## S V M M A R I A.

- 1 Creditor cognatus debitoris in licitatione cæteris pari-  
ribus, præferendus est.
- 2 Patronorum stante discordia, episcopus debet insti-  
tuere presentatum à patronis coniunctis funda-  
tori.
- 3 Executorum stante discordia, potior est sententia eo-  
rum, qui volunt erogare bona in pauperes con-  
sanguineos testatoris, in quibus concurret duplex  
pietas.
- 4 Executorum eorum sententia & opinio, qui volunt  
erogare bona in pauperes consanguineos suos, an  
præferenda sit.
- 5 Executor non prohibetur facere erogationes in suis  
pauperes consanguineos.
- 6 Filius executoris spurius potest ab ipso executore ad  
erogationem in pauperes faciendam admitti, dum  
modo sit evidens paupertas.
- 7 Prelati non damnantur, qui de redditibus ecclesiæ  
suis consanguineis subueniunt indigentibus.
- 8 Clerici merentur, qui de redditibus ecclesiæ dotant  
suas pauperes sorores, & alias consanguineas.
- 9 Prelati in collationibus priuilegiorum possunt suis  
consanguineos preponere extraneis, si consanguinei  
sunt æque bene meriti; secus si sola carnali affe-  
ctione mouentur.
- 10 Emphyteusis ecclesiastica finita per tertiam generatio-  
nem cognati existentes in tertio gradu, petentes re-  
nouationem inuestitura, omnibus extrancis præ-  
ferri debent, & si denegetur, possunt à denegatione  
appellare, & de quo cognato intelligatur.
- 11 Emphyteusis renouationem petere non potest, qui non  
est hæres.
- 12 Emphyteusim renouare non tenetur dominus inui-  
tus.
- 13 Emphyteusis renouatio debet peti infra annum.
- 14 Emphyteusis renouatio non datur, si finita sit obcul-  
pam.
- 15 Emphyteuta & successores, si sua culpa priuentur,  
multo magis priuari debent cognati.
- 16 Emphyteusis conductio debet intelligi eodem pretio &  
pactis, quibus extranei volunt; secus si cognatus ve-  
lit præferri prima & solita pensione.

**A**ccedit prædictæ conclusioni alia, de qua tra-  
dit idem Ripain d.l.cum bona, nu. 2 ff. de priu. cre-  
dit. videlicet in licitatione cæteris paribus, credito-  
rem & cognatum debitoris præferendum esse, l.  
Imperator ff. de pact. vbi refert Bald. in his terminis  
posita discordia patronorum, & episcopum insti-  
tuere debere presentatum ab iis patronis, qui fun-  
datori coniuncti sunt, prout etiam data discordia  
ac discrepancia executorum, & eorum sententia &  
opinio præferenda est, qui bona eroganda esse po-  
tius in pauperes consanguineos testatoris, quam  
in alios remotores pauperes arbitrantur. Ratio  
autem est, quia in illis duplex pietas concurret, vi-  
delicet sanguinis, l.alumnae, §. fin. ff. de adimen. leg. &

spiritualis: cum talis erogatio & distributio paupe-  
ribus fiat. Imo & si recte animaduertatur, eorū exe-  
cutorum votum, seu opinio præferri debet, qui bo-  
na amore Dei à testatore eroganda & distribuenda  
relicta in suos pauperes consanguineos potius ero-  
ganda esse censuerunt: quandoquidem executores  
& in propriis consanguineos bona distribuere &  
erogare prohibentur, vt voluerunt Angel. & Imol.  
in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. id quod ita verum  
est, vt etiam in filios & proprios spurious talem ero-  
gationem seu distributionem facere possint, vt vo-  
luit Imola in l. captatorias, eod. tit. & firmat Alex. plu-  
ribus iuribus & argumentis in l. Diuus. ff. ad leg. Falc.  
dummodo paupertas evidens sit, vt voluit Bald. in  
l. id quod pauperibus, col. penult. & fin. C. de episc. & cler.  
& Petrus Anchi. in consil. 387. in themate. Pariter & tet-  
iam prælatos reprehendendos non esse dicendum  
est, qui de redditibus Ecclesiæ suis consanguineis in-  
digentibus subueniunt, c. omnia, vbi tradit gl. 81. dist.  
c. 1. extra de cohabit. cler. & mulier. Imo tantum abest,  
vt dannandi ac reprehendendi sint, vt mereri in-  
telligentur, qui de prouentibus ecclesiasticis suas  
sorores pauperes dotant, vt inquit Panor. in c. perue-  
nit, extra de arbit. & optime probatur in c. est proban-  
da, & in c. non sat, 86. distin. & ideo dicunt ex iis in-  
tentionem & prælatorum defendi ac iustificari, qui  
in beneficiorum collationibus suis consanguineos  
extraneis præferunt. Id autem verum est &  
locum habet, si eorum consanguinei & que talium  
beneficiorum digni sunt: at secus si solum sanguini-  
us affectione ad consanguineos præsentandum  
moueantur, cap. graue, extra de probab. & tradit etiam  
Panorm. in c. fin. extra de instit. & ideo dixit Bart. fi-  
nita emphyteusi Ecclesiastica per tertiam genera-  
tionem, vt est text. in §. emphyteusis. in Authent. de non  
alien. aut perm. reb. eccles. & cognatos in tertio gra-  
du existentes inuestitura renouationem petentes,  
omnibus extraneis præferendos esse: et si id eis  
fortasse denegetur, posse eos ab huiusmodi denegatione  
appellare, argumento l. penult. §. permittitur.  
ff. de aqua quotid. & asti. vbi Bart. idem tenet per tex.  
iuncta gloss. fin. in cap. bona. il. secundo, vbi idem etiam  
tenet Panormit. extra de post prælat. & idem voluit  
Bart. in l. si mihi & Titio, in fin. princ. ff. de verb. obligat.  
& sequuntur communiter Doctores, vt ibi attestatur  
Alexan. & ita consuluerunt Roman. in consil. 22.  
proposit. & Imola in consil. 38. & latius in consil. 78. &  
Petrus Anchar. in consil. 170. casus talis est, & in con-  
sil. 174. D. Blasius & Alexand. in consil. 80. viso vol. 1.  
& in consil. 9. vissi col. 5. vol. 5. & Curt. in consil. 48. super  
controversia. dum inquit totam fere iurisprudentiam  
Bart. opinioni adhærere, & ita practicam obserua-  
re: & eandem opinionem sequitur Barbat. in con-  
sil. 18. col. 3. vol. 2. pro qua etiam adducitur text. l. con-  
gruit. C. de locat. præd. Fiscal. lib. 11. Id autem in co-  
gnato hærede intelligentum est, propterea quod  
si hæres non sit, & renouationem petere non po-  
test, cum id hæreditarium sit, vt ait Alexand. in d. l.  
mihi & Titio. & in consil. 10. ponderatis his, col. fin.  
vol. 3. & Anchar. in consil. 133. plene & subtiliter. co-  
lum secunda, id quod de feudo dicunt Doctores, vt  
inquit Ripain dicta l. cum bona, num. 8. ff. de priu. credit.

Id præterea locum habere intelligentum est, i 2  
si dominus velit alteri concedere, Secus vero si ipse  
bona retinere velit, nec amplius in emphyteulum  
concedere

- cedere, ut inquit Panormitan. in d. cap. bona, cō-  
lum. penultima, & sequitur Ripa in eadem lege, cum bo-  
na numero 9. Id etiam, ut inquit ibidem Ripa, t̄ co-  
gnatis perentibus renouationem infra annum  
procedere debet: at secus si postannum, ut inquit  
Ludouicus Roma. in l. prætor ait, §. fin. ff. de noui oper.  
nunciat. & in dicto consil. 7. o. pertext. in capit. primo, §.  
Titius filios, in titul. si de feudo fuer. contro. inter domi. &  
agna. yafal.
14. Præterea feriam id finita emphyteusi per gene-  
rationem intelligendum est: secus vero si culpa  
emphyteute, vel feudatarii, ut aiunt, fellonia, ut  
ait Rom. in consilio 212. quoad primum. & Specul.  
in titu. de locato. §. nunc aliqua, versi. 68. & Bartol. in l.  
e. u. qui, ff. de interd. & relega. & Bald. in l. 2. Cod. de lib.
15. & egr. liber. Nam si emphyteuta t̄ & successores  
sui in inuestitura comprehensi ob suam culpā iure  
emphyteutico priuantur: multo quidem magis  
cognatus non comprehensus comprehendendi de-  
bet, argumen. cap. quemadmodum, extra de iure-  
iurand.
16. Id t̄ etiam pro eodem pretio intelligendum est,  
& cum eisdem pactis, quibus extranei rem vel bo-  
na in emphyteusim recipere volunt: at secus si co-  
gnatus pro solito & prim. uo canone præferri ve-  
lit, argum. d. l. cum bona, & d. l. congruit, prout hoc  
videtur præsupponere Bar. in d. l. cum bona, in ver-  
bo, præferuntur.

## C A P. VII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

## 1. Licitare possunt etiam crediores.

**O**mittendum etiam hac in re illud non est,  
quod inquit Ripa in eadem l. cum bona, nu. 1. ff.  
de priu. credit. dum notat, iuxta tertium intellectu,  
1 in t̄ ipsa licitatione creditores quoque concurre-  
re posse, vt de hoc est tex. in l. 2. C. si in cau. vend. pigno.  
cap. sit. Hoc namque commodum concurrendi in  
licitatione utilius quidem est ipsis creditoribus,  
quam remedium addictionis in diem. ut inquit  
Bart. post gloss. in l. à diuino Pio, §. si pignora, ff. dere iudi. &  
voluit etiam Bal. in d. l. 2.

## C A P. VIII.

## A R G V M E N T U M.

Subhastatione bonorum cesso-  
rum facta, nec emptore inuento,  
quis creditorum in emendo reliquis  
præferri mereatur.

## S V M M A R I A.

1. Creditores si inter se certent in licitatione, quisnam  
eorum præferendus sit.
2. Sententia creditorum, cum inter se certant, huma-  
niori standum est.
3. Cognatus creditor in licitatione præferendus est.
4. Creditor ille in licitatione præferendus est, cui plus  
debitur, non stante creditore propinquo vel cognato  
creditore.

5. Creditores cum inter se certant de bonis debitoris, quo  
ordine inter eos agi debeat.
6. Cognatus creditor si virtute statuti præferendus sit,  
& extranei rem pro maiori pretio quam res va-  
leat accipere velint: & cognatus solum pro pre-  
tio quod valet, extranei cognato præferendi  
sunt.

**Q**Væsiuit etiam Matthæus Brunus in suo tracta.  
de cesso. bon. quest. 23. princ. de eo, quod quoti-  
die in facto accidere potest: accidit enim sæpe, vt  
facta bonorum cessione credores debitoris, t̄ e-  
ius bona vendi petant: & vt eis magis satisfiat, bo-  
nis sub hasta positis ad eorū licitationem deueni-  
tur. Verum si forte emptor non reperiatur: vnde  
credidores ob id inter se discrepēt, præterea quod  
ea bona quilibet pari pretio & conditione emere  
veller: quis nam eorum præferri debeat, quæsitum  
fuit. In hac quæstione Ang. in l. 1. tenendo secundam  
lecturam gl. ff. de priu. credi. inquit, ibi esse casum ex-  
pressum, quod vbiq; inter se discrepant & cer-  
tant credores: quid nā de bonis debitoris in cef-  
santis solutione agendum sit, ita obseruari solitum  
& consuetum est, vt semper humaniori t̄ credito-  
rum sententiae stetur: Verum si nulla humanior sit,  
sed omnia paria & æqualia sunt, cognatorum iudi-  
cio statut, dummodo t̄ credores sunt: si vero eotū  
nemo cognatus sunt, eius iudicio standum est, cui  
maior pecuniæ t̄ summa debetur, l. maiorem, ff. de  
pact. & l. fi. C. de cesso. bon. & id non solum in casibus  
in illis legibus specialiter relatis locum habet, sed  
in quolibet etiam alio casu, t̄ in quo inter credito-  
res controvrsia esset, qualiter in bonis debitoris  
in solutione cessantis quilibet creditum suum cō-  
sequi debeat, ob id quod debitor soluendo non est:  
Verum Bart. in d. l. 1. inquit, illam secundam lectu-  
ram gl. veram non esse, propterea quod illa lex etiā  
in cognato loquitur, qui creditor non est, & ideo  
ei adiudicari bona non possunt. Reprobat præter-  
ea Bart. alias nonnullas lecturas: & deinde vltimo  
loco lecturam Iacobi de Arena, tāquam veriorem  
ac probabiliorem sequitur, qui dicebat eam legem  
loqui de pluribus emere volentibus, & idem preti-  
um offerentibus: & ideo vt supra etiam diximus, i-  
ta distinguendo dicit: Aut creditor cognatus est, &  
tun cōsimpli creditori non cognato præfertur, vt  
voluit Cyn. & sequitur Bald. in leg. Imperator, ibi, ne-  
cessarium, ff. de pact. prout etiam creditor præfer-  
tur cognato tantum: Si vero non extet qui spiam  
cognatus qui emere velit, sed solum credores: &  
tunc vult, vt ille, qui maioris summæ creditor est,  
præferatur: Si vero alii sint credores, & alii pror-  
sus extranei: & tunc credores extranei sunt præ-  
ferendi. Si vero extaret t̄ statutum, quo caueatur  
cognatos esse præferendos: verum extranei tē ma-  
iori pretio quam res sit emere & accipere velint,  
cognatus vero eo tantum pretio cuius est, extranei  
os cognatis præferendos esse voluerunt, non antē  
econuerso, vt inquit Bal. in l. 2. col. fin. vers. sed hic oc-  
currit dubium. C. de rescin. vend. nā gratiose quis con-  
trahere compellendus non est, sed maiori illo pre-  
tio, quod reperitur, dummodo id sine fraude & col-  
lusione fiat, & æqualibus pactis & conditionibus,  
vt latius ibidem ipse prosequitur, quem com-  
muniter sequuntur Doctores, vt attestatur Cagnolus  
ibidem, in fi. cum pluribus concordanibus ab eo  
relatis.

## Argumentum est in Summario.

## S U M M A R I U M .

1 Subhastandi alia forma.

**A** Liam † subhastationis formam tradit Bald. in consil. 317. Modus & forma licitationis, num. 1. vol. 2. quam dicit Anchonæ obseruati. Verum vidi etiam alibi huiusmodi licitationis modum in usu esse, ut scilicet prouentus publicus venalis certo quodam pretio proponatur, utputa mille aureis, eo addito, ut ille qui plus obtulerit: pro qualibet aureo, ultra pretium constitutum oblatum subhastationis nomine consequatur: id quod ea potissimum de causa factum videtur, ut licitatio crescat in commodum & utilitatem ipsius communitatis, ut latius ibi tradit Bal.

## A R G V M E N T U M .

Subhastatione ad candalam ardentem facta, offerens accensa, an præferatur offerenti ea extincta.

## S U M M A R I A .

- 1 Subhastatio que incipit candela accensa, & definit extincta, an valida sit.
- 2 Initium, quando attendendum sit.
- 3 Verba in accusatio prolata, actum completum denotant.
- 4 Esse aliquid non videtur, nisi perfectum sit.
- 5 Actum nihil dicitur, dum aliquid superest ex eo agendum.
- 6 Perfectum id dicitur, quod ex omnibus eius partibus constat.
- 7 Dictum illud, dimidium facti qui bens coepit habet, quomodo intelligatur.
- 8 Dimidium qui fecit, nihil fecisse dicitur.
- 9 Actus in ultimo instanti perficitur.
- 10 Subhastatio duo continet, unum quod fiat oblatio, aliud quod fiat candela accensa.
- 11 Arbitrii, vel arbitratoris condemnantium preceptum alteram partium compromittentium ad solendum alteri certam summam intra tempus constitutum, laudum duo continet, unum quod soluat, alterum ut intra tempus soluat.
- 12 Oblatio satis non est, nisi candela accensa fiat.
- 13 Oblatione debito tempore facta, oblatori ius quasi est vel renditione, vel saltem oblatione orta inter subhastantes & ipsum oblatorem de vendendo & emendo pretio oblatio.
- 14 Obligatio contrahitur hinc inde, licet reuocabilis interuentu noui oblatori.
- 15 Forma subhastationis non seruata, obligationi locus non est.
- 16 Formam importat tempus limitatum. Et tempus praecisum preteriri non potest.
- 17 Verba in ablativo concepta denotant conditionem.
- 18 Condicio formam inducit.
- 19 Oblatio maior precedens acquirit ius offerenti.
- 20 Oblatio facta momento post candalam extictam non subsistit.

- 21 Verba subhastationis candela accensa, siue fint formalia, siue conditionalia, utroq; modo sumpta actum important indiuiduum.
- 22 Diuisio formam corrupit.
- 23 Forma est de genere indiuisibilium.
- 24 Utile per inutile in indiuiduo vitiatur.
- 25 Pars facta tempore inutili, viciat partem factam tempore utili.
- 26 Forma omisso, quo ad minimum totum viciat.
- 27 Venditio facta cum pacto, ut si intra tempus depuratum, vel statuta die pretium non fuerit solutum, sit inempta, si sit solutum pretium in tempore, excepto nummo, res non minus est inempta ac si nihil soluisset.
- 28 Oblatio pro aliquo iure acquirendo non relevat, si solus numerus deficiat.
- 29 Argumentum valet de re ad tempus.
- 30 Conditionem impleri non sufficit, sed debet esse impleta antequam dispositio sumat effectum.
- 31 Condicio non implenda, sed impleta perficit dispositum.
- 32 Contractus & obligatio momento inducitur.
- 33 Contractus absolutus non est, donec contrahentes loquuntur.
- 34 Contractus qui sunt per subhastationem, habent naturam contractus inscriptis.
- 35 Prius vel posterius non habent, quae sunt uno contextu, sed id non procedit, quando debent fieri tempore momento.
- 36 Forme rigor ob necessitatem remittitur, & id quomodo procedat.
- 37 Oblatoris culpa est imputandum, qui se angusto termine coarctauit & restrinxit.
- 38 Ceptum pro perfecto, quando haberi debeat.
- 39 Principium tanquam potius, quando attendatur.
- 40 Finis quando dicatur habere necessariam causam ad principium, & quid operetur.
- 41 Finis ad principium retrotractio est per fictionem.
- 42 Fictio in prædictum tertij locum non habet.
- 43 Fictio non attenditur in conditionibus, & in his quae pro forma introducta sunt.
- 44 Verba futuri temporis indicatiui modi, an potius importent actum, dum est in fieri, quam perfectum, ita ut videatur perfectum, si ceptum sit tempore habili.
- 45 Contractus dum sunt in fieri nihil sunt, nec debent attendi, sed a conclusione perfectionem recipiunt.
- 46 Verba oblationis in licitatione, an diuidi possint.
- 47 Text. in l. sed an ultro, & in l. Pomponius, ff. de negotiis declaratio & interpretatio.
- 48 Text. in l. quid ergo, ff. de his, qui not. infam. declaratur.
- 49 Initium, quando attendatur.
- 50 Filius emendo rem habita sive de pretio, contractum perficit: & ideo si postea promittat pretium cum variis per stipulationem, quia ab initio non fuit contractus mutui, sed emptionis & venditionis, filius familiæ beneficio Senatus consulti Macedonianæ non iuuatur.
- 51 Tex. in c. principatus. 1. q. & in c. sine exceptione, 12. q. 2. declarantur.
- 52 Tex. in l. qua etate, ff. de testam. quo modo procedat.
- 53 Actum nihil censetur in his, que sunt facti & habent certam formam, antequam actus habeat suam formam.
- 54 Voluntatem deductam esse ad actum, sufficit in probabilitis.

Potest s̄epe accidere, & pr̄sertim in eis locis, vbi licitationes seu subhastationes cādela accēsa fieri cosueuerunt, & edicto vel pr̄econis voce publicatur eis rem subhastatam dandum esse, qui cādela accēsa plus obtulerit, vt quispiā offerat summam quandā, alter vero licitator candela accensa offerre incipiat, sed ea extincta desinat: & ideo vt huiusmodi dubitatio, si fortasse acciderit dirimatur: merito hoc loco quid juris sit, quārendum est. Qua in re pr̄imo ingressu, vt secundo oblatori plus offerenti, etiā quod suā oblationem candela accensa perficere non potuerit res sub hasta posita danda sit, dicendum videbatur, per tex. in l. sed an vltro, & in l. Pomponius libr. ff. de neg. gest. & in l. quid ergo, ff. de his, qui not. inf. a. & in l. si tamen sciente, ff. ad Senatusc. Macc. & in l. si filius fam. C. eo. tit. & in l. si procuratorem, ff. mand. & in cap. principatus, 1. q. 1. & in c. sine exceptione, 12. q. 2. in quibus iuribus satis concludenter probari videtur, † initium attendendum esse, & ideo in proposita specie supponatur pr̄dictum secūdum licitatem candela adhuc accensa incepisse: etsi ea extincta oblationem perfecerit, tam tamen validā existimari: & ideo ei tanquam plus oblatori rē subhastatam dandā esse: Nā, vt inquit tex. in l. 1. ff. de orig. iur. principiū cuiusq; rei potissima pars est. Pr̄dictis tamen non obstantib. cōtrarium de iure verius esse videtur, & ita etiam me causæ patrono existente iudicatum fuit, vt ex iis que infra dicentur manifeste, ni fallor, apparebit. Illud tamē, vt supra diximus, pr̄mittendū est, tam edicto subhastantium, quam etiam pr̄econis voce fuisse rē sub hasta ea conditione ponī publicatum, quod dabitur & vendetur plus offerenti candela accensa; Quæ quidem verba, plus offerenti candela accensa, expresse denotant, oblationem candela accensa perficiendam esse. Verba nanque in accusatiōne prolata, suapte natura actum perfectum denotant. l. si annos, ff. de condi. & demonstr. & tradunt Doct. in l. si cui la 1. ff. del. l. 1. & d. l. si in annos. & Ruin. in consil. 119. procedendo summarie, nu. 3. vol. 3. vbi inquit hanc opinionem magis communiter à Doctorib. nostris receptā esse, quam sequitur etiā Alex. in d. l. si cui, laprima, ff. de leg. 1. & ibi vltra alios ad eam confirmandā adducit tex. in l. qui duos, ff. de manu. testam. & facit etiam illud, quod not at gl. in l. soluendo, per illum tex. ff. de verb. oblig. nihil scilicet esse videri, † nisi perfectum sit. l. 1. §. edere. ff. de eden. & ideo dicere inquit tex. in l. § penul. in fi. C. de his quib. vt indig. † nihil actum existimari, donec agendū aliquid supereſt. Et hēc regula vt Salyc. & Corn. ibi arbitrantur & dicunt, in iis etiam procedit, quæ scimus, ac etiā in illis, quæ licet facti sint, habent tamen certam ac determinatam formam, propterea quod tunc nihil censetur aetū, donec aetū ille suam formam recipiat, & id ob defectum formæ, vt voluit Cyn. in l. Julianus, §. sed & si quis, ff. ad exhib. & in l. Seia, ff. de auro & argen. lega. accidere dicendum est: id quod pariter etiam, vt inquit Sal. ratione finis & effectus dicendum est. Unde cū pro forma vt oblatio fiat candela accensa introductum sit, nisi cādela accēsa oblatio cōpleatur, suā formā non recepisse dicendū est, & ex consequenti oblationē inualidā fuisse. Id enim perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat. l. 1. lib. Sed quod in omnibus rebus animaduerto. ff. de orig. iur. & ideo retulit ibi gl. illud Horatii dictum:

Dimidium facti, † qui bene cōcepit habet.

Si enim dimidium facti, qui cōcepit habet: merito q̄ integrum factum non habeat, dicendum est, pr̄terquād quod gl. Bart. & alii in l. furiosum, per illum tex. C. qui testam. fac. poss. inquiunt, eum † qui indiuiduā alicuius rei partem facit, nihil fecisse dicendū esse, vt probat ille tex. ibi, pro nihilo esse, & tex. in l. si is qui, ff. de testam. vbi Bal. quem refert & sequitur Ruin. in consil. 64. super primo, num. 1. in fi. vol. 1. Actus † nanq; in vltimo instāti & vltimis verbis perficitur. Comprobat hanc nostram conclusionem tex. notabilis in l. contractus. C. de fide instrum. & in l. ex ea scriptura, ff. de testam. & in l. fideicomissa, §. 1. ff. de leg. 3. Cum igitur obligatio quae in licitationibus vel subhastationib. contrahitur, actus plane indiuiduus sit; vtq; candela accensa nihil ille fecisse videtur, qui partem tantum illius actus, vnde obligatio oriri debet egerit candela accensa: reliquā vero ea iam extincta: Cum illud certum sit, eum candela accensa oblationem non fecisse, qui ē candela iam extincta perficit. Quibus & illud quoq; accedat, † quod stante publicatione edicti, & voce pr̄econis, duo sane cōtinere videntur: Vnum scilicet quod offeratur, & alterum quod candela accensa offeratur. Quēadmodum etiam de † pr̄cepto arbitri vel arbitratoris dici solet: nam si alter partium compromittentium ad soluendum alteri aliquam pecuniarū summarū infra constitutum tempus condemnauerint, laudum illud duo quidem pr̄cipere videtur: Vnū scilicet vt pars condemnata soluat: alterum vt intra tempus constitutū, ac determinatum soluat, vt inquit Iureconsultus in l. Celsus. ff. de arbit. Illa. n. duo, de quibus supra diximus, vt ad rem nostrā redeamus: copulatiū fieri debuerunt: quandoquidem offerre † satis non fuit, sed candela adhuc accensa huiusmodi oblatio fieri debebat, vt perfecta & vera oblatio dici posset. Cum igitur duo ad actus perfectionem induentur: ille vtq; perfectior, & ideo pr̄ferendus est, in quo ambo interuenient. l. quōties. ff. de rei vend. & l. siue autem §. si duobus. ff. de public. & hoc argumento vtitur in simili Ruin in consil. 19. nu. 11. vol. 1. Quapropter † cum primus oblator, seu licitator candela accensa obtulerit, suamq; oblationem perfecerit: Secundus autem, & si candela accensa offerre incepit, ea tamen interim extincta perfecerit: merito secūdū omnino pr̄ferri debet Cōprobatur pr̄dicta cōclusio, quia pr̄aeſuppoſita oblatione primi licitatoris in tempore facta, ei siue dubio quæſitum est ius vel ex venditione, vel ex obligatione orta inter ipsos subhastantes & ipsum oblatorem de emendo & vendendo pretio oblati, vt est tex. & ibi dicit glo. & sequuntur. Sribentes in dicta l. si tempora, C. de fide instrumen. & iure hasta fiscal. libro decimo, & in dicta l. licitatio. ff. de public. & rectigal. & Bal. in consil. 393. pr̄missis duabus, colum. 1. vol. 4. & in consil. 195. factum, quo. circa medium, libr. 3. Dum itiqui, hincinde † obligationē contrahi, licet, reuocabilem interuentu noui oblatoris, vt voluit etiam Ang. in consil. 324. datum pannorum, in fin. dum vult in casu, de quo ipse agebat, † ideo obligationem locum non habere, quia forma subhastationis vel licitationis seruata non erat: quia illi officiales date vel vendere, vel quid simile plus offertenti non promiserant: & ideo cum in casu proposito velle vendere expressum sit, aliud dicendum est. Eandem sententiam sequitur Alex. in consil. 114. viso processu, lib. 6. & Capiti. in decisio. 36.

in causa magnificorum in si. & licet nonnulli ex supra relatis, vt non ideo videatur perfecta venditio, sentire videantur: sed quod procedat, vbi non est promissum vendere, sed simpliciter dare in futurū plus offerenti: attamen in casu nostro, vbi affirmatur velle vendere tunc, videtur satis procedere, vt accedēt oblatore certi pretii sit perfecta, licet reuocabiliter venditio: si plus offerēs in tempore superuenerit, prout voluit etiam Bar. in d.l. *licitatio*, in prin. *dum citat notata in Lementis*, ff. de contrahen. emp. comprobatur ex eo, quod vt diximus, illa verba cādela accensa, formam inducit: tam quia est tempus limitatum, & denotat terminum usq; ad momentum quo candela extingueretur, vt patet ad sensum & est tex. in c. cum in veteri, extra de electio. vbi in fine ostenditur, talem terminum esse præcisum, & ideo præteriti non posse: alioquin adeo vrgens non fuisset illa angustia, quæ ibi cōsideratur, quod autem hi termini sint peremptorii, notat in his terminis Bar. in d.l. *sistēpora*. Præterea, quod termini præfixio formam importet, voluerunt Bal. Sal. & Ial. in auth. que *supplicatio*, C. de precib. Imper. offer. & Ias. in l. in pupillari, in 2. not. ff. de vulg. & pupil. & Fel. in c. cum dilecta, col. 8. in octavo signo formæ, nu. 33. extra de rescrip. & Bal. in conf. 69. *statuto ciuitatis*, vol. 1. & Ias. in conf. 166. videretur prima, col. pen. vers. confirmatur, & in conf. seq. col. fin. vol. 2. & alibi sāpe tradunt Sribentes, quam quod est conditionalis dispositio, siue accipiamus illa† verba in ablativo, l. à testatore, & ibi scribētes, ff. de conditio. & demonst. siue præpositio ablativo deseruiens, vt inquit Bar. in l. colu. 6. in 3. q. nu. 23. ff. de conditio. & demonst. & in l. centesimis, §. si. col. 2. in prin. num. 6. ff. de verb. oblig. & Alex. in conf. 72. viro processu. 18 in fi. vol. 5. Quæ cōditio † pariter inducit formam, vt tradit Alex. Aret. & Ias. in l. 2. §. fin. ff. de vulg. & pupil. & Fel. in d.c. cum dilecta, col. 7. in 2. signo, nu. 23. & Afflīct. in decif. 35. si prestitus est. nu. 5. & seq. & Decius qui refert alios concordantes, in conf. ii. quidam iudicantium, col. 6. nu. 9. & passim Sribentes. Ex quibus concluditur maiorem † præcedentem oblationem ius offerenti ex eo contractu acquisiuisse, reuocabile tamen sub ea conditione, nisi alter licitator accederet qui intra tempus constitutum plus offerret: † & ideo quando oblatio secundi licitatoris etiam momenti post candela extinctionem accessisset, dubium non est, quin vt vana & præter tempus facta, stāte iure primo oblatori quæsito reiicienda sit. Nec sane videtur ex eo mutandū, quod oblatio secundi licitatoris cāperit candela accensa ex quo desit ea extincta: Quia siue sit forma, † siue conditio, vtraq; quidem indiuīda est, vt de prima dixit Bald. in l. si seruus, in addit. ff. si quis cauio. dū vult diuisionem † formam sc̄orumpere, & in l. Padius, 22 in addit. ad princip. ff. de arbit. dum inquit, † formam esse de genere indiuīsibilium: cum quālibet formæ mutatio totum vitiet, vt voluit Alex. in l. si is, qui quadringenta, §. quādam, in 2. nota. ff. ad l. Falc. & Deci. in confil. 532. pro vera resolutione, col. 1. De secunda autem est tex. in l. qui duob. & in l. cui fundus, ff. de conditio. & dem. & in l. si fistulas, §. qui fundum, ff. de contrah. empti. & Ang. in conf. 168. Testator in omnib. col. 1. in fin. & Alex. in conf. 75. in causa & lite, in fi. vol. 7. Et ideo in his, qui parte in facit, non magis obseruat, ac si nihil fecisset, vt habetur in locis supra relatis. Quinimo 24 in huiusmodi indiuīdis vtile per inutile vitiatur, vt inquit Bart. in l. Grace. §. illud. ff. de fideius. & Ang. &

Imo. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obl. & alibi sāpe scribentes. Quo fit, vt cum sit de forma, olationem intra tempus & terminum conuentum fieri oportuerit: & ideo si pars tātum intra prædictum tempus & terminum fiat: perinde esse, ac si nec illa † etiam pars facta vel adimplēta esset. Præterea quod pars tempore inutili adimplēta, eam partem viciet, quæ tempore utili facta fuit, satis ex prædictis appetat. Comprobari ex eo etiam potest, quod fōmissio formæ etiam in minimo torum viciat, vt voluerunt Bal. & Imol. in l. 1. ff. de libe. & posth. & late tradit Fel. in d.c. cum dilecta, col. 11. sub prima ampliatione, nu. 42. & Dec. in auth. quod rem, C. de sacros. eccl. & in c. de appellation. col. 2. vers. tertius casus, extra de appellat. & Ias. in confi. 165. viro & considerato, in fi. & in confi. 191. placet mihi, in princ. vol. 2. & Dec. in d. conf. 532. col. 1. nu. 5. Comprobatur præterea conclusio nostra ex eo, q; voluit gl. in l. res bona fide, ff. de contrah. emp. vt sc. res, † si ita vedita sit, vt nisi cōstituta die preciū solutū sit, inempta dicatur nā licet pretiū cōstituto tempore solutum sit, si tamen nummus tantum deficiat, nō minus erit inempta, ac si nihil solutum esset, eam gl. sequitur ibi Bal. & in rub. C. de contrah. emp. q. 10. & ideo eam adnotandum esse arbitratur. Nō modicum etiam faciunt ea, quæ notant Doc. in l. acceptā. 28 C. de vſur. & alibi sāpe de oblatione † pro aliquo iure querendo facienda. Eam nanque inquiunt non reuocate, nec quicquam prodesse, si solus nummus deficiat. Nam valet argumētum † de re ad tempus, l. miles ita, §. & quia, vbi etiam Barto. ff. de testam. mili. Quemadmodum igitur solutio, vel oblatio ob aliqui partis defectum nulla est: pariter etiam idem dicendum est, si aliqua pars temporis etiam minima deficiat pro nihilo & inualida habenda est, prout arguit etiam Ias. in d.l. in pupillari, in prin. 3. no. Veruin pluribus omisssis similibus de actuū perfectione, ac etiam q; donec quicquā deficit in consideratione non sit, argum. l. rei. §. opera. ff. de verb. sign. & l. pen. in fi. C. de hū. quib. vt indig. cum similib. ad decisionem nostræ speciei, illud optime facere videtur, q; dixit Bal. per illum tex. in l. Arethusa, in 1. lectura, ff. de statu hom. vbi in primo not. inquit, † conditionē impleri non sufficere, sed adimplētam esse antequam dispositio effectum producat oportere. & col. 2. ver. 30. quero. numquid tertius, non † conditionē adimplēdam, sed adimplētam dispositum purificare ac perficere. Accedat etiam, quod edictum subhastantium expresse perfectionem actus oblationis in præfixo & constituto tempore requireti videntur, nun solum congrue interpretando, vt ex supra præmissis colligitur, sed ex ipsis quoq; verbis. Dictum enim fuit, in edicto proposito, ac etiā voce præconis publicatum velle vendere plus offerenti candela accensa: & sic non solum oblationem in termino facere opus est, sed etiam vt in eo contractus fiat & obligatio. Sed † certum est, contractum & obligationē momento perfici, perfectionemq; & suum esse, à fine & conclusione recipere, vnde virtusq; partis concurrit, l. si voluntate, C. de resci. ven. & ibi Bal. qui dicit optimum esse tex. & idem rursus in l. honestei, in princ. C. de pac. inquit absolutum 33 non esse contractum, † donec contrahentes loquuntur: & ideo cum valuerint subhastantes venditionem fieri & contractum candela accensa: pariter etiam ex consequenti voluisse dicendum est, oblationem perfectam & integrā fieri candela accensa

accensa, pariter etiam ex consequenti voluisse dicendum est, oblationem perfectam & integrum fieri cædela accensa, propterea quod si eius finis ad illud tempus referatur, vel retrahatur, quo cædela extincta est: ex quo pars illa ultima contractum & obligationem inducit ac perficit, contractum & obligationem cædela extincta inductam & ortam esse omnino dicendum erit: & sicut aliter quam edito vel voce præconis publicatum sit. Præterea si sequamur Bal. in cons. 7. factum, super quo, vol. 5. dū 34 vult, t̄ eos contractus, qui subhastationis via celebantur, contractum in scriptis factorum naturam habere, & ideo obligandi vim non habeant, nisi scripta oblatione: res sane extra omnem dubitationem posita erit, propterea quod bannum de obligatione valida & ad obligandum efficaci intellegi debet, quæ non solum integra proferenda est, & integrâ ut obligationem per ea quæ supra diximus inducat, sed etiam aliud requisitum, vt scripta intra terminum, concurrere debet: Quod tamen nunc, cum ad decisionem huius nostræ conclusio- 35 nis non pertineat, pro absoluto non firmamus.

His ita in iure existentib. facile (ni fallor) iis, quæ in cōtrarium pro alia opinione deduci possent, responderi potest: & in primis, quatenus fortasse ob- 35 iici posset, ea t̄ quæ sunt vno contextu prius non habere, nec posterius, sed inesse censeri, perinde ac si in continenti facta essent. l. quidam testamento ff. de pecul. lega. & in d. l. lecta, vbi Scribentes ff. si cer. pet. cū vulga. & ideo ex quo talis oblatio vno contextu facta fuit, & si desierit cædela extincta, vt etiam illa ultima pars insit dicendum esse, & ex consequenti q̄ integrâ cædela accesa facta intelligatur. Ad hāc obiectionem respondetur, eam non procedere in iis, quæ in temporis momento consistunt, vt voluit Ias. in l. edita, col. 6, in prin. nu. 14. C. de edendo. Dum etiam secundo loco pro alia opinione dici posse vi-

36 debatur, t̄ quod aliquid de rigore formæ ob necessitatem remittendum esse, vt dixit Paris. in consil. 33. & si prima, col. 2. & seq. vol. 2. ad casum nostrum huiusmodi obiectionem non facere respondendum est, cum de instanti necessitate nihil constet: Quin

37 imo, si recte animaduertatur t̄ culpæ talis oblatoris id ascribendum est, qui coarctari tam angusto termino permisit, vt de hoc est tex. in d. c. cum in veteri, in fi. & ibi notatur. Rursus etiam dum obiici posse

38 videbatur, t̄ cæptum pro perfetto haberri debere. l. & si. §. quid ergo. ff. de auro & argen. lega. & tradit Bar. in l. cætera. §. fin. ff. de leg. i. & in cons. 36. statuto ciuitatis Afissi. Respondetur illud in vniuersali dispositione fauorabili locum habere, quæ late interpretanda est, vt dixit gl. in l. rei. opera. ff. de verb. signif. & Bar. in d. l. fin. At in proposita specie de particulari dispositi- one tractatur, strictæque capienda, vt regulariter sunt omnes contractus. l. veterib. ff. de pact. cum vulg. & præsertim cum de iure tertii iam quæsito præcedente oblatione auferendo tractetur. At vbi agitur de præiudicio tertii, cæptum pro completo nō ha- 40 betur, vt inquit Aret. in l. qua etate. ff. de testam. Accedat etiam prædictis illud in non habentibus cer- tainam formam procedere, vt declarat idem Bart. in d. cons. 36, & ideo cum in proposita specie, vt ex supra deductis liquido appetet, certa forma licitationi & subhastationi data sit, vt scilicet plus offerenti cæ- dela accensa, res vel bona sub hasta posita dentur: merito cum eam adimpleuisse dici non possit, cum

cædela accensa tantummodo incæperit, vt obiectum corruat dicendum est. Iterum dum obstat fortasse dicendum videretur, quod t̄ principium, 39 tanquam dignius & potius, attendendum sit. l. i. ff. de orig. iur. huiusmodi obiectum parum obstat re- spondendum est, cum sit quæstio, vt dicunt Doct. nostri, brocardica: in qua nihil potest certi iuris re- gulis firmari. Quandoque nanq; attenditur prin- cipium, quandoque medium, quandoq; vero finis vt inquit gl. magna in c. dudum. il. extra de electi. & in c. scientes, extra de censib. & ideo Abb. in d. c. dudum, post Hostien. & alios, quos ibi refert, inquit de hoc cer- tam & determinatam conclusionem fieri nō posse: sed species de eo suboriantes, iuxta subiectam ma- teriam, cuius certa regula dari non potest, decidē- das esse: videlicet vt in iis, quæ esse à principio reci- piunt, principium attendatur, in iis vero, quæ à si- ne & conclusione, finis & conclusio attendatur, vt ibidem voluit idem Abb. post Calder. & Ant. Butr. quos ipse refert. Vnde cum in proposita specie de contractu & obligatione tractetur, quæ vim & ef- fe à conclusione & fine recipiunt, prout supra late ostendimus: merito finem & non principium at- tendere & inspicere debemus. Hac eadem ratione tollitur aliud t̄ obiectum, quod fortasse obiici pos- set de iis, quæ voluit Bart. in l. 3. §. minorem. ff. de min. & in l. danni. §. Sabini. ff. de dam. infect. de fine necel- fariam causam ad principium habente. Nam id in iis locum habere potest, quorū potior pars est prin- cipium: non autem in iis, quorum substantia à cō- clusione pendet & fine, vt sunt contractus, in quib. finis ad principium trahi non debet, sed ipse ad se omnia trahere, cum in eo totius actus substantia consistat. Præterea procedunt prædicta in fauora- bilibus, & in quibus huiusmodi retrotractionem fieri debere æquitate suadetur: Non autem in pro- posita specie, vbi de tertii præiudicio tractatur, cui ius iam quæsitus est, licet reuocabile sub ea con- ditione, si alter plus obtulerit: Nec sane fatuorabi- lis actus dici potest, nec id ullam æquitatem suade- re, vt vni aliquis auferatur, & alteri tradatur: Nam licet ad rem venalem proponentibus vtile sit, eo- rumve intentioni vt scilicet plus accipiant confor- me attamen: postquam se legi propositæ de dando ei, qui plus offerret se adstrinxerunt, ab ea recedere non possunt, & præsertim postquā aliquis sua præ- cedenti oblatione ius quæsivit, & si post terminum plus offerentem reperiant: Nam id nulla æquitate vel fauore tuerit, vt est tex. vbi Scribentes oīnes tradunt, in d. l. si tempora. Illa enim finis t̄ ad prin- cipium retrotractio, facta est, vt ex se satis constat, & tradit Bal. in cons. 253. licet ista allegationes, & in cons. seq. vol. 4. Quæ t̄ quidem fictio, præterquam q̄ in 42 præiudicium tertii locum habere non potest, vt in- quid Pet. de Anch. in cons. 109. dubitatur. in condi- tionibus non attenditur, t̄ vel in iis, quæ pro forma 43 sunt introducta: cum vere & proprie sint adimplé- da, non autem ficte, vel per æquipollens, l. qui here- di. in princ. & l. Meinius, vbi tradunt Doct. ff. de condit. & demonst. & Bart. & alii in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posthum. De forma autem tradit Fel. qui refert concordantes, in d. c. cum dilecta, colum. 14. in ir. ampliatione, num. 58. & Scribentes, maxime Alex. in l. i. ff. de liber. & posthum. & alibi passim, tam legendio quam consulendo. Quatenus vero obiceretur t̄ de 44 verbis ipsius edicti, quod scilicet cōceptum sit ver-

bis futuri temporis indicatiui modi, ita ut potius actum, prout est in fieri, quam factum & perfectum denotent: & ideo videatur adimpletus, ex quo fuit cæptus tempore habili, & sic principium, non finis attendendum sit, vt tradit Bartol. & sequuntur alii Sribentes in l. centesimis, §. si. ff. de verb. oblig. & Alex. in cons. 194. perspectus hie, vol. 6. Respondetur id fortasse locum habere posse, vbi aliunde ex subiecta materia actus perfectionem requiri non costaret: Vnde cum in casu nostro satis constet ex contractu & obligatione in termino requisitis, ad hoc ut offerenti ius acquiratur, ergo obiectum non obstat 45 dicendum est. † Qui sane contractus & obligationes, dum sunt in fieri, nihil sunt: & ideo attendi non debent, nisi inspecta cœclusione: & ideo ab ultimis verbis, seu ultimo conclusionis verbo: vel à natura conditionis, videlicet si fiat oblatio candela accensa perfectionem recipiunt, & huiusmodi conditiōni eo actu non satisfit, qui in fieri est, sed cum perfectus est & integer, vt supra satis (ni fallor) concludenter demonstratum est, vt voluit Bal. in d.l. 46 rethusa. ff. de statu hom. Postremo † loco si obiciatur verba oblationis diuidi posse: Vnde si aliqua pars principio tribuatur, vt saltē videatur in tempore prolatum, vtputa si ita diuidendo principio tribuamus illud verbum venti: quod fortasse sufficeret, si oblator ulterius progressus non esset, dicendo vel dicere noluisset: cum certum sit, huiusmodi oblationem factam fuisse & oblatorem eā facere de summa, quam expressit verbis prolati, & unico contextu prolati, ita vt talia verba superari non possint vel diuidi, sed habēda sunt pro quodam indiuiduo, vt declarat B. l. in l. si seruus, in additio. ff. si quis cauio. dum ponit pro una specie indiuidui inspecta forma: ob id quod unica verborum cœceptione comprehendatur, vt voluit etiam Bat. in l. Aurelius, §. idem que fit, ff. de liber. lega. dum vult unum caput separari non posse, qui tamen in hoc eōm in uniter reprobatur. Et ideo redeundo ad rem nostram, cū oporteat sumere illa verba vt quid indiuiduum, & vt inseparabilia: sequitur vt ad ea reuertendum sit, quæ supra diximus & ex consequenti obiectum diluat. Respondetur præterea iis, quæ supra in contrarium deducta fuerunt, videlicet primo † ad text. in l. sed an vltro, & in l. Pomponius. lib. ff. de neg. gest. Quia negotia de quibus dicta iutra loquuntur à principio respectu gerentium perfecta & completa fuerunt: & si deinde casu effectum & perfectionem habere desierint, & sic ille tex. sententia & opinioni supra firmatae non repugnant, pariter etiam non repugnat tex. † in l. quid ergo. ff. de his, qui nota. infam. præterea quod ex eo tex. oppositionis resolutio colligitur. Dicitur nanque ibi, prætor ad initium se testulit. & ideo † mirum non est, si ibi initium attenditur. Tex. etiam in l. si tamen scientie. ff. ad Senatus cons. Maced. contradicere non videtur, quia filius familiæ contraxit nutuum iussu patris, & sic fecit contractum validum. & ideo si mutatio voluntatis paternæ deinde ignorante creditore superueniat, ei præ iudicare non debet: Minus etiam text. in l. si filius familiæ. C. ad Senatus. Maced. huic nostræ conclusioni 50 obuersatur, † præterea quod filius rei estimando habita fide de prelio, contractum perficit. l. quod vendidi, cum ibi nota. ff. de contrahen. empt. & l. empti fides. §. 1. C. eod. tit. & §. venditio. in prim. insit. de emptio. & ideo quamvis postea promiserit pretium cum

vsuris per stipulationem: ex quo ab initio contra-  
ctus mutui non fuit, sed emptionis & venditionis, filius familias beneficio Senatus consuli Macedo-  
niani non iuuatur. Ad tex. vero in l. si procuratorem.  
ff. manda. respondetur ibi non dici contractum in-  
cæptum pro perfecto haberi: imo contrarium di-  
citur in d.l. contractus. C. de fide instrum. Sed dicitur ad  
cognoscendum, quinam contractus fiat, eius initiū  
inspiciendum esse: & ideo conclusiōni nostræ nul-  
lo modo repugnat. Minus † etiam eidem repugna-  
re tex. in d.l. principatus, 1. q. 1. & in c. fine exceptione. 12.  
q. 2. dicendum est, propterera quod in delictis lo-  
quuntur, videlicet de alienantibus bona ecclesiæ  
contra canonum prohibitionem: In delictis autē  
ne illa impunita remaneant, initium inspicitur &  
attenditur, vt infra latius dicetur. Non † etiam ob-  
stet tex. in l. qua estate. ff. de testam., cum concordanti-  
bus supra adductis: quia loquuntur de actate, dispo-  
nuntque diem incæptam pro cōpleta haberit de-  
bere: quod quidem ad propositam speciem referri  
non potest, cum illud in eo casu à iure expresse cau-  
tum reperiatur, argumento text. in l. quod vero, cum  
duabus seqq. ff. de legibus. Praeterēa, vt supra diximus,  
in his quæ sunt † facti, & certam formam habent:  
nihil actum censemur, antequam actus suam formam  
habuerit, vt dixerunt Salyc. & Corn. in d.l. penult. C.  
de his, quib. vt indign. per illum tex. & per tex. in d.l. Iuli-  
anus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. & in d.l. Scia. ff. de auro  
& argen. legat. Cum igitur formam in huiusmodi ob-  
lationibus seu licitationibus introducta sit, vt scili-  
cat fiant candela accensa, satis quidem non est  
quod candela accensa oblatio cœperit, si deinde ea  
extincta desierit, sed vt candela accensa incipiat &  
desinat opus est: In delictis vero & prohibitis, vt su-  
pradicebantis, vt voluerunt Cynus, Salyc. & Corn.  
in d.l. penul. C. de his, quib. vt indign. ideo incæptum ha-  
betur pro perfecto, ne aliquid minus iure & lice  
factum, impunitum remaneat. l. furtum. §. & fine ff.  
arbo. furt. casa. & l. quis. ff. ad l. lul. maiest. Sufficit enim  
vt † in prohibitis voluntas ad actuū deducatur, vt  
inquit Bar. in d.l. furtum. quem referunt & sequun-  
tur Salyc. & Corn. in d.l. penult. & ideo tandem in  
proposita specie concludendum est, oblationem  
seu licitationem inceptam candela accensa, sed ea  
extincta, perfectum non subsistere: & ideo præ-  
cedentem inceptam & perfectam candela accensa  
præferendam esse, vt ex supra deductis liquido (ni  
fallor) appareret.

## C A P. XI.

## A R G U M E N T U M.

Subhastatione facta, & postremo  
licitatore aufugiente, an penultimus  
rem accipere cogi possit.

## S V M M A R I A.

1. Licitatores si plures sint alicuius datii. penultimus ob-  
tulit fortasse aureos mille, verbis solitis & consue-  
tis: ultimus vero maiorem summam obtulit ei-  
dem verbis: & deinde antequam venditio celebra-  
retur, aufugit: Quaritur, an ille penultimus lici-  
tator datum ipsum accipere cogi possit.

2. Fideiūsorem dare qui promisit, etiam si det aliquem  
facultatibus non idoneum, illud quod promisit, ob-  
seruasse

- seruasse videtur, si sit talis qui possit obligari.  
 Patria recedens, non potest conueniri.  
 Offerre plus ut quis dicatur, requiritur identitas facultatum, maior promissio, & conueniendi facultas & pars utilitas.  
 Soluere qui non potest, quia non habet unde habentis exceptionem similis est.  
 Verba subhastationis cum effectu intelligi debent.  
 Obtulisse non intelligitur, nisi quid cetera quoque obseruerit.  
 Licitatorem meliorem fiscus eligere potest, id quod & priuato quoque permisum est.  
 Licitatio maior tunc de munus admittenda est, si fideiussores idoneos sunt, qui in licitatione vici, offerre paratus sunt.  
 Ultimum illud dicitur, post quod nihil validum sequitur.  
 Licitatio illa accipienda est, qua est fisco utilior.  
 Fiscus non admittit, nisi sufficientes debitores, & bona sufficientia.  
 Republica non videatur dedisse in mandatis subhastatoribus, ut oblatore non sufficientes admittant & idoneos dimittant.

**S**upra, an primus licitator oblatione secundi liberetur, dictum fuit: videamus modo, an primus obligatus remaneat. Praesupponitur igitur in facto, ut plures licitatores ad datum, vel aliam rem sub hasta positam pretium obtulerint, prout cuilibet visum fuit, quod verbis solitis in subhastationibus & consuetis, & praesertim in loco, ubi subhastatio sit, oblatio facta fuerit, & quod penultimus licitator mille aureos obtulerit, ultimus vero maiorem summam, ut puta mille centum eisdem verbis: verum ait equum contractus venditionis celebretur, ille ultimus licitator, qui maiorem summam obtulit, a fugit ex loco illo, ubi oblationem fecit, ita ut eo temporis, quo venditio erat celebranda & instrumentum conficiendum: nec ipse, nec quispiam pro eo repertus sit, ac etiam quod ipse oblator soluendo non sit, nec fideiussorem dederit, cum de more patria fideiussores, nisi ab emptore venditionis tempore dari non consueverit. His ita in facto suppositis, quae situm fuit, an ultimo licitatore non reperto penultimus rem sub hasta positam pretio oblatu accipere cogi possit? In hac dubitatione in primis quod ille penultimus non teneatur, dicendum videtur. quin immo ut altero plus offerente ab eo recessum sit: Nam cum in dicta subhastatione rem dandam esse magis idoneo dictum non sit, sed plus offerenti, & plus esse oblatum a posteriori licitatore recessum esse diceendum est: Legem namque cattetur, eum qui fideiussorem dare promisit, etiam si aliquem facultatibus non idoneum dederit, id quod promisit adimplisse. l. qui satis dare. ff. de fideiussor. Et ideo an sit soluendo, vel non, curandum non esse, dummodo sit talis, qui obligari possit. Verum praedictis non obstantibus, Bal. in cons. 327. contrarium verius esse existimat, idque eandem l. qui accusare, comprobabat. Nam, ut ipse inquit, ut sit talis, ut & obligari & conueniri possit, necesse est, ut habetur in dicta lege prima. cum igitur non ille, qui recessit conueniri non possit, merito idoneus non est. scendum. ff. qui satis da. cogan. & notatur in §. suscepto, in authen. de exhib. reis. & in l. neque feminis. ff. de procur-

rat. & in d. l. qui satis dare. ff. de fideiuss. ibi, qui admisit, &c. a contrario sensu arguendo. quod autem secundus vel penultimus non fuerit idoneus comprobatur, nec cum eo contractum, ut oportet, ex themate apparet. Hoc præterea alia & satis concludenti ratione ibidem probari inquit Bald. ad hoc enim, ut quis plus offerre dicatur, haec requiruntur, identitas facultatum, maior promissio, utilitas ac conueniendi facultas. l. eum qui emit, §. penult. & fin. ff. de in diem adductio. sed sic est, quod in eo qui soluendo non est, facultas eum conueniendi non dicuntur, nec pars utilitas, nec quantitas esse potest, vbi quis soluendo non est. Ille tamenque qui unde soluat non habet, ei similis est, qui exceptionem habet, ut notatur in l. Titius. ff. de procur. Vnde est, ut si comparetur ei, qui soluendo est, idoneus licitator seu oblatu dici non possit. Accedit etiam, t. quod verba licitationis ita intelligenda sunt, ut effectum aliquem sortiantur, ut notat gloss. coimuniter approbata in l. qui accusare. & in leg. 2. iii. princip. ff. qui satis. cogan. & in l. i. ff. si quis in ius vocari non ierit. Non intelligitur etiam obtulisse, nisi ille, qui cetera quoque obseruat: sed ille, qui ad instrumenti perfectioinem & consecutionem non perfuerit: nec ad idoneorum fideiussorum præstationem cetera obseruasse dici non potest, merito approbari non debet. l. arbitrio. ff. qui satis da. cogan. Præterea si de fisco loquamur, res clara est, quia fiscus tamen magis idoneum eligere potest, cum id priuatis quoque permittatur. l. Sabinus. ff. de in diem adductio. Admittenda quoque tunc est maior t. licitatio, si ille qui licitando plus obculerit, & ex consequenti vicisse dicatur, fideiussores idoneos præstare paratus est. d. l. licitatio. in princip. ff. de public. & vectig. Inspecto igitur ut ibidem subdit Bald. tam iure communis, quam ipsius fisci, penultimum illum licitatem ex sua licitatione tanquam potiorem teneri & obligatum esse, proculdubio dicendum est. Quinimo (quod etiam multo plus est) tanquam ex posteriore & ultima oblatione conueniti posse: Ultimum namque t. illud dicitur, quod nihil validum subsequitur: Ultima igitur pro insufficieti habita licitatione ex forma sua licitationis & oblationis comprehendendus est, & praesertim cum alioquin in fisci prætidicium veteretur. Comprobatur ex eo, t. quod talis licitatio in fauorem fisci introducta est: quod sit ut illud accipendum sit, quod fisco utilius est: alioquin sequeretur, ut fraudibus via aperiret: quandoquidem ille, qui fortasse nimium obtulisse existimat, aliquem fortasse non idoneum oblatotem suppōneret, ut se ab ea obligatione liberaret, quod quidem est valde absurdum. l. eum qui. §. si cum lis. ff. de transactio.

Præterea t. fiscus inhabiles, & non idoneos debitos, non admittit, seu bona aequivalentia. l. i. §. an bona. ff. de iure fisci. Facit etiam inspecta ratione illius l. tex. in l. si seruas plurimum. §. si quis ante. ff. de l. i. & sic subdit Bal. in ea sententia residere, quod penultimus licitator in proposta specie omnino teneatur, nec si sua obligatione liberatus alterius posterioris oblatione maiori: Nam t. respublica suis subhastatoribus mandasse non videtur, ut idoneum licitatem dimittere, & non idoneum accipere possint. l. si in personam. §. pecuniam. ff. de pact. & l. si bene. ff. de usur. & praesertim si id in fraudem fisci fuerit ex cogitatum, propterea quod omnia in fraudem fisci

excogitata, à iure reprobantur, hanc conclusio-  
nem firmavit iterum Bal. in consil. 191. vol. 3.

## C A P. XII.

## A R G V M E N T V M.

**S**ubhaftationis varia statuta. Et  
de effectu acceptationis licitatoris  
quam præco facit.

## S V M M A R I A.

1. Licitationi si tempora sint statuta, alia dilatio non datur, & licitationum forma.
2. Primo licitatore non admissus, utputa ut non idoneus primus licitator liberatus non est: si vero remanet tempus ad licitandum, & alter non offerat, ille remanet prius obligatus, qui primo loco obtulit.
3. Licitator satis idoneus videtur ille, qui tanquam idoneus est approbatus.
4. Factum ultimo loco, quando preualeat.
5. Obligatio efficaciter non contrahitur, quando à principio fuit in suspense.
6. Licitator posterior sifit admissus & acceptatus, est etiam in iure licitationis subsequutus & primus exemptus.
7. Contractus translatio vbi sit, primus promissorem obligatus.
8. Subhaftantium est periculum, si male contraxerint.

**Q**uoniam in hac licitationis + materia plures formæ, prout sunt diuersa vbi licitationes sunt, ea de re statuta & cōsuetudines: merito vt magis perfectam notitiam habeamus, quædam de eis dicenda sunt, vt deinde ad earum effectus facilius deueniatur. Bal. in d. cons. 191. & alius locis supra relatis dicit, in urbe Pisauri consuetudinem iamdiu inueteratam extare, vt licitatio datorum & prouentuum ipsius ciuitatis, antequam datum seu alii prouentus incipiunt quatuor vel quinque mensib. licitatio seu subhaftatio instituatur, id quod alii in locis aliter fortasse sit, prout diuersa sunt statuta, & ideo quod ad tempora subhaftationum vterius insistendum non est. Forma autem subhaftationis illius loci est huiusmodi. Datio pannorum coloratorum, quod incipit anno Domini 1381, die primo Ianuarii, fuit sub hasta positum in Palatio Communis Pisauri anni 1380. die vero 5. Nouemb. coram officiali hoc modo. Jacobus Petri Anchonitanus ad libras mille ab inde supra: & deinde Andreas Iannis de Fermo eadem die obtulit libras mille & centum: & hic habet vnum solidum pro libra ab inde supra, qui plus obtulerit solidos duos pro libra habeat: si autem nemo deinde offerat, officialis in edicto proponit solidos tres pro libra: Item iterum describitur hoc modo. Iaco. Petri obtulit libras 1200. & ab inde supra solidos quatuor pro libra & Jacobus prædictus dicta die obtulit libras 1300. Iterum prædictus Jacobus die 17. Februarii 1381. obtulit pro ipso datio ad rationem quatuor scilicet pro libris 1500. vt vbi latius prosequitur. Bal. in hac forma licitationis Bal. tenuit illa opinionem, vt scilicet, quādo verba præconis exprimunt plus offerenti dandum esse, & est appositus aliquis terminus, &

ille terminus est elapsus, ita vt tempus statutum vltiorem licitationem nō patiatur, tunc ei qui plus obtulit, dummodo ab officiali acceptus sit, id quod sub hasta positum est, concedendum esse: + si vero 2 ille ab officiali acceptus non sit, utputa qui non sit idoneus: & tunc primus licitator liber non sit, argumento l. vbi autem. §. idem ait. ff. de in diem addicit. Si vero tempus permittat, & tunc quia melior licitatio superuenire potest, ea admittatur: Verum si alius qui plus offerat, nō appetat, nec instet: & tunc ille rem subhaftatam consequatur, qui antea acceptus fuit. Satis enim + videtur idoneus, qui est tanquam idoneus approbatus & admissus. l. qui satisfidare. ff. de fideiussor. & l. inter causas. §. abesse ff. mandat. Illud enim præualet, quod nouissimum factum est, argum. l. si quis ante ff. de acquir. posseff. & l. pacta nouissima. C. de pact. & prior licitator nouatione personæ & contractus liberatus est. Imo si recte + animaduertatur, non viderur efficaciter obligari: cum obligatio à principio pederet ab eo quod deinde plus offerri posset. His stantibus non obstatre inquit tex. in l. 2. ff. de in diem addicit. propterea quod ibi contractus non pendet, sed eius resolutio. Si vero dicemus contractam esse obligationem, vt reuocabilius contracta fuerit dicendum est: quo sit, + vt cum appareat, vltimum licitatorem admissum fuisse & receptum, & quod plus, illi rem subhaftatam consignatam fuisse: dubium non est, quin ipse in obligationem succelserit & primus exemptus: & ideo animaduertendum est, illa verba, mille, in edicto posita, vt ille qui libras mille obtulerit, solidum vnum pro qualibet libra lucretur, illud denotant quod plus offerenti dabatur: Ex quo enim datur præmium, onus quoque in eum collatum videtur. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de furt. & l. sed in duobus. ff. de leg. 2. & in l. nonnunquam ff. ad Senatusc. Trebel. Ex quo igitur translatio + contractus facta est, primus oblato aut non est obligatus, vel in obligationem non incidit, vt subdit dixisse ad hoc in l. Valerianus ff. de prætor. stipul. & in l. si cum Hermes C. locati. & in l. si cum plures. §. lege dicta. ff. locati, argumento l. si stipulatus est opus, in ratione text. ff. de fideiuss. & licet officialis, aut vero subhaftator, quicunq; ille fuerit, male contraxerit, eius est + periculum: non autem eius qui primo loco obtulit, cuius oblatio recepta non fuit. l. periculum, ff. si certum petat. & l. cum quaritur. ff. de admini. tuto.

## C A P. XIII.

A R G V M E N T V M.  
Subhaftatio an consensu iudicis  
vel officialis fieri debeat.

## S V M M A R I A.

1. Subhaftatio coram iudice vel officiali fieri debet.
2. Subhaftatio cum sit licitatori debet denunciari melior conditio ab alio oblata.

**O**mittendum etiam non est, subhaftationem coram officialibus vel iudicibus fieri debere. l. si. & ibi Bald. Cod. rectigal. noua instit. non poss. quem refert & sequitur Alexan. in additio. ad Bart. in l. licitatio. ff. de public. & habetur in decis. 109. consilii Pe-

demon.

**demon. num. 9.** † eosque officiales, seu debitores debere subsequentibus licitatoribus meliorem præcedentem oblationem notificare, ut ipse inde scire possit, ad quam summam ipsa ascendat, & possit plus offerre, & in ipsa licitatione obtinere, ut inquit Bal. in l. licet necesse ff. de in diem additio. & habetur in l. si: C. de iure emph. & in l. si tamen quibusdam, & in l. cū pater. §. rogo, ff. de leg. 2. ac etiam ut si fortasse primus, vel alii subsequentes minus obtulerint, & ideo aliis, qui plus obtulerit præferendus sit, possit iterum plus offerre & alios vincere, & in oblatione superare, ita ut prima oblatione non obstante obtinere possit: quandoquidem incoueniens nō est, ut ille qui antea obtulit, iterum offerre possit, propterea quicquid ut alius & pro noua obligatione, ut dixit gl. quā sequitur Bar. ibi, in d. l. si tempora. Ad id tamen animaduertendum est: quia à formis ipsarum subhastationum pendere videtur: quandoquidem si illa attendamus, in qua bona sub hasta diu sunt, & licitatio multo tempore antea quam oblatoibus vendantur vel concedantur, vel instrumenta fiant sub hasta venalia sunt, & tunc id accidere potest: Si vero licitatio candela accensa fiat, vel eodem cōtextu antequā ad alios diuersos actus diuertatur, & tūc declaratio præcedentis licitationis necessaria non est, cum publice fiant licitationes, & ab omnibus astantib. licitatoribus cuiuslibet oblatio audiri possit: Ex quo igitur, ut supra, sāpe diximus editio publicatur rē sub hasta posita plus offerenti dandā esse: quāter non oportet, an si fortasse quispiā cū ea cōditione obtulerit, ut si melior conditio offeratur, ei qui obtulerit detur, & pariter secundus eadē conditione obtulerit, statim à prima oblatione vel venditione recessum videatur, ut tradit Fabi. de monte in d. suo tract. de empti. & vendit. ut habetur in l. qui autem vbi declarat Bal. ff. de in die additio. Nec etiam quod si durante tempore subhastationis res sub hasta posita alicui vendita vel concessa fuerit, alius intra dictum tempus superueniens offerre possit, & ei res subhastata concedi, propterea prima ut supra diximus sub ea conditione facta intelligitur, nisi alius meliorem conditionem attulerit. dict. l. si tempora. vbi Barto. declarat, & si subdat id vbi priuatus vendit locum non habere, sed tantummodo quando fiscus vel respubica.

## C A P. XIV.

## A R G U M E N T U M.

Subhastatione venditio facta, an iustum precium inde cognoscatur, & an necessario iustum probetur.

## S U M M A R I A.

- 1 Subhastatio iustum pretium denotare videtur.
- 2 Subhastatio omnem causam conquerendi auffert.
- 3 Venditio facta sub hasta, an iusto pretio facta censematur.
- 4 Venditio facta sub hasta, an rescindatur beneficio l. 2. C. de rescin. ven.
- 5 Pretium iustum subhastatione cognoscitur.
- 6 Decretum iudicis fraudis presumptionem excludit.
- 7 Venditio retractatur probata lesionē ultra dimi-

dum iusti pretij, & iniustitia contractus.

8 Subhastatio necessario iustum non probat.

**S**i fortasse queratur, quare v̄sus, res & bona sub hasta ad auctionem & licitationem v̄dendi inoleuerit, & ita frequens sit, inde emanasse credendum est, † quod ipsa subhastatio & licitatio iustum pretium denotare videantur, & tunc maxime cum a iudice sūnt & approbatūr: & ideo dicunt Doctores eam † omnem conquerendi & reclamandi occasionem tollere, l. i. C. de præd. decur. lib. 10. & id eius text. auctoritate notat Ang. in l. sciendum, colu. 2. ff. de verb. oblig. & Fabian. de Monte in tract. de empti. & vendit. in 5. quest. prin. versic. in super nota, nu. 88. auctoritate Specul. inquit, ex † eo quod res sub hasta vendita est, iusto pretio venditam censerit, per text. in l. si quis. C. de rescin. vendi. & notabiliter declarat Bar. in l. i. C. de prescript. 39. ann. quem sequitur ibi Ange. id intelligens, si subhastatio seu licitatio rite & recte facta fuerit: Et ideo inde infert, quod ex quo in eo casu iusto pretio res vendita censerit, emptorē quod sit deceptus, conqueri non posse: Nec etiam beneficium † l. 2. C. de rescind. vendit. implorare dummodo subhastatio vel licitatio per gratiam facta non sit d. l. si quos. vel nullus licitantium timor interuenerit. l. si pater, vbi Bart. ff. de pact. dotal. & tradit Ange. in l. cum assueras, num. 1. versic. in text. ibi, vili pretio. Cod. de prescrip. 30. vel 40. anno. dum querit, quando pretium vile dicatur: & inquit cum res publice fuerit subhastata, pretium vile dici non posse: nam res tanti valet, quanti vendi potest. l. si seruus, ff. de condic. furt. & subdit Bar. velle, ut concludens & necessaria consequentia huiusmodi non sit: Res † sub hasta vendita est, ergo iusto pretio vendita est, per tex. in l. si quis. C. de rescin. ven. Ange. vero dictum Bar. limitando inquit aliter, si subhastatio rite & recte facta sit, rem sese habere: Nam tunc nunquam poterit ille, cuius res vendita est, se ultra dimidium iusti pretii deceptum dicere: & ideo beneficio d. l. 2. C. de rescin. ven. vti velle, & id per tex. in l. i. C. de præd. curia. lib. 10. & idem iterum voluit Ang. in d. l. sciendum, ff. de verb. oblig. vt refert Lauren. Silu. in conf. 27. nu. 15. vbi etiam subdit, quod licet quamplures damnent eam conclusionem, vtputa recentiores in d. l. sciendum, & forte deceptio & fraus probari possit: attamen presumptione pro venditore ob subhastationem urgentissima est. Et id, ut ipse ibidem subdit, tunc maxime procedit & locum habet, vbi iudicis decretum † interuenerit: Quod sane fraudis & deceptionis re ipsa presumptionem excludit. l. i. C. de præd. mino. libr. 10. & id ibidem expresse voluit Bart. & hanc opinionem communiter approbare recentiores attestatur, & præsertim Roma. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & Ang. iterum in confil. 142. super primo, in fi. & Decius in confil. 209. in casu proposito, nu. 2. & eandem opinionem sequitur Affl. et. in tract. iuris prothom. §. 2. versic. secundo nota. num. 19. cum similibus.

Contrariam vero opinionē tenet Aymon Cravetta in conf. 29. num. 4. dum inquit, executionē legitime factā subhastationibus seu licitationib. præcedentib. remedio ac beneficio l. 2. C. de rescin. vendit. retrahit, inferendo deinde ex eo loco remedium ac beneficiū d. legis, in re quoq; subhastata locum habere, ut voluit Bal. in confi. 375. casus, super quo consilium petitur, in fine vel. 1. & Pau. Castr. in confi. 6.

*conf. 61. visis actis & attentatis coram D. locū teneri-  
te. col. 1. in si. vol. 2. & ita inquit, magis communiter  
teneri & eam opinione sequi Alexa. in conf. 117. in si.  
vol. 7. Hanc præterea conclusionem videtur sequi  
Iulius Ferre. in tract. de gabel. & public. n. 275. & Hier.  
Cagn. in d.l. 2. n. 161. C. de resci. vend. per text. in d.l. C.  
de pred. curia. lib. 10. & in auth. hoc ius porrectum. C. de  
sacros. eccl. & toto titulo. C. de fide instru. & iure hasta  
fisca. lib. 10. Ratio autem est, quia probata lēsionē &  
ultra dimidium iusti pretii, & contractus iniquita-  
te & iustitia, venditio remedio ac beneficia d.l. C. de  
resci. ven. retractatur: quicquid, vt ipse inquit, dixe-  
rint Bal. & Ang. in l. 1. C. de prescri. 30. anno. & Alex. in  
8 apostil. ad Bart. in l. si quis. C. eo. tit. Subhastatio nāq;  
iustum pretium necessario non probat, vt inquit  
Bart. in d.l. 1. vbi etiam Castren. Præterea eandem con-  
clusionem sequitur Bertach. in tract. de gabel. in 2. par.  
prin. col. 2. & est, vt inquit Cagn. communis opinio-  
tam Canonistarum in c. cum causam, extra de emptio.  
& vend. quam Legistarum in l. si quis cum aliter. ff de  
verb. oblig. vbi tradit Alex. in 3. colum. & Aquen. penult.  
& in d.l. petia rerum, vbi Alexa. & latius recentiores  
Perusini, col. 9. & Ang. Aret. in l. si quis agens. col. 2. Inſt.  
de actio. & Barba. in conf. 6. col. 13. volum. 4. & Corne. in  
conf. 56. volum. 3. & Fabian. de monte in tract. de em-  
ptio. & vend. in 8. quest. prin. col. penult. vbi ponunt et-  
iam casus, in quibus talis subhastationis & licitatio-  
nis solemnitas interuenire seu adhiberi debet, &  
eam sequitur etiam Negusantius in suo tract. de pign.  
& hypoth. in fine primi memb. sexta partis principalis, &  
latius Cagno. in loco supra adducto, qui ad eos casus in-  
fert, in quibus ipse consultuit.*

Vidimus ex prædictis huius conclusionis duas  
esse, & eas quidem contrarias opiniones: ceterem  
ego tamen, & si subhastatio iustum pretium nece-  
ssario non inferat, facere tamen contra dictam l. 2.  
vrgentissimam præsumptionem, ita vt qui reme-  
dio d.l. 2. C. de resci. ven. vti velit, cōludentissime lē-  
sionē probare teneatur: cum enim contra aliquē  
præsumptio est, validioribus sane ac magis conclu-  
dientibus probationibus intētionem suam proba-  
re tenetur, vt inquit Aymon Crauet. in conf. 129. nu.  
13. & in conf. 75. nu. 12. vol. 1. cum vulgaribus.

## C A P . X V .

### S U M M A R I U M .

In venditione rerum minorum  
an subhastatio sit necessaria, & quo  
tempore fieri debeat.

### S U M M A R I A .

- 1 Subhastatio quando ita necessaria est, vt venditio si-  
ne ea facta nulla sit.
- 2 Subhastatio in venditionib. rerum pupillorum nece-  
ssaria ita est, vt venditio sine ea facta, non subsi-  
stat.
- 3 Venditionis rerum minorum forma.
- 4 Subhastatio, quando necessaria sit, & quare.
- 5 Subhastationis tempus.
- 6 Subhastatio, an sit necessaria in venditione rerum  
minorum, si alienatio sit à tutorē, vel à minore  
cum autoritate iudicū.

7 Minor posset petere restitutionem in integrum ad-  
aduersus venditionem rerum suarum, si quis plus  
offeret.

P Oltquam incidimus in subhastationes & licita-  
tiones, nonnullas & venditiones referamus: que  
sine subhastatione & licitatione fieri non possunt:  
& casu quo siant, nullæ sunt ipso iure: inter quas  
primum de vēditione rerum pupillorum tractan-  
dum est: hanc venditionem & sine subhastatione  
fieri nō posse, & si fiat, sit ipso iure nulla, voluit Pa-  
ris. in conf. 69. n. 15. vol. 1. Quandoquidem post & de-  
cretum subhastari debent res minorum: cum ven-  
dendæ sunt & plus offerenti vendendæ, vt habetur  
in l. si sine. §. 1. vbi tradit gl. & sequitur Bar. ff. de mino. &  
voluit Specu. in tit. de emptio. & vend. §. nunc dicendum,  
versi. siigitur tutor. & Bar. iterum in l. alio. ff. de alim. &  
cibar. legat. & in l. si tempora. C. de fide instrum. & iure  
hasta fiscal. lib. 10. & Fabia. de monte in tract. de emprio.  
& vendit. in §. sequitur de solem. subhaft. nu. 83. & iterū  
eandem opinionem sequutus est Paris. in confil. 98.  
nu. 10. eod. vol. 1. & Roman. in confil. 321. & Corn. in confil.  
71. in prin. volum. 3. & clarius idem Corne. in confil. 29.  
confilio supra redditio, colum. 2. vol. 4. vbi inquit subha-  
stationem & licitationem in rerum minorum alie-  
natione necessariam esse, cum tales vēditiones in-  
quisitione iudicis præcedente necessario facienda  
sint. l. lex que tutores. C. de admi. tuto. & l. magis puto. §.  
non paſſim. ff. dereb. eorum. Subhastatio & autem siue  
licitatio ideo vt fiat & interueniat necesse est, quia  
iudex illud facere exequique curare debet, quod  
pupillo vel minori expedit, vtile est: maxime au-  
tem rem sub hasta ponere pupillo vel minori ex-  
pedire videtur, & ideo eam esse necessariam, com-  
muniter Doctores concludere videntur, vt voluit  
Afflict. in decif. 393. num. 9. & in decif. 294. nu. 2. Præ-  
terea hanc conclusionem sequitur etiam Rolan. à  
Valle in conf. 33. num. 14. volum. 1. Vbi & ipse inquit,  
subhastationem necessariam esse: Imo etiam rem  
huiusmodi minorum vel pupillorum sub hasta ve-  
nialem dies 20. esse debere, prout & etiam in rebus  
fisci huiusmodi tempus requiritur & ecclesiæ: in  
subhastationibus vero rerum aliorum, arbitriū  
esse, & hoc nisi tempus à statuto limitatum sit, vel  
consuetudine, vt inquit Menoch. in tract. de arbitra-  
iudic. lib. 2. centuria 2.

Hanc eadem conclusionem sequitur Ange. in  
Auth. de alien. & emphyt. §. hoc etiam, versi. nota hic, &  
Bart. in d.l. & si sine. §. 1. & in l. ait præter. §. bodie. ff. de  
mino. & in l. 3. Cod. de diuers. præd. vrba. lib. 11. & Bal. in  
auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccl. & in l. ordo. C.  
de execu. rei iudic. & licet Bal. in d.l. & si sine. §. 1. in 2. le-  
cta, seu in additione, subhastationem seu licitatio-  
nem in alienatione bortorum minorum necessa-  
rias non esse, voluisse videatur: attamen cum aliena-  
tio à solo tutori cum iudicis decreto sit, Doctores  
communiter in eo conueniunt, vt sint de solemnitate  
& ex consequēti necessario interuenire debe-  
ant, vt inquit Bal. ibid. vt est tex. in l. si. C. si propter pu-  
bli. pensit. Ratio autem est, vt ipse ait, & nos supra  
diximus, quia iudex iustum pretiū rei ignorat, & ex  
consequēti quantū ex eo percipi possit. Contra-  
riam vero opinionē tenuit Guil. de Cun. in d.l. si sine  
§. quasitum. ff. de mino. dum inquit, in iure cautum &  
non repetiti, vbi cunq; alienatio à tutori vel minore  
sit cū iudicis auctoritate subhastationē vel lici-  
tationē interuenire oportere, vt sequitur ibi Bal. &  
iterum

iterum Bal. in d. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. & iterum idem voluit Guil. in d. §. quesitum. dum concludit, quod etiam quando diceremus subhastationem & licitationem huiusmodi alienationi  
7 bus omnino adhærere debere: † attamen ob id si fortasse non interuenient, venditionem & alienationem nō vitari: sed in integrum restitutionē perī posse, si alius fortasse plus offerat, quam res vendita sit, & si id in fisco non procedat, vt infra latius dicetur. Hanc præterea opinionem refert & sequitur Imola in cons. 99. n. 7. & Bartho. Cassan. in cons. 55. n.  
41. dum referendo Imol. in d. cons. 99. in 7. dubio, inquit: licet de iure alienationes rerum immobilium minorum, nisi accedente subhastatione & licitatione non valeant, vt voluit etiam Bar. in d. l. ait prætor. §. hodie, ff. de mino. attamen quia id vsu receptum non est, si omittatur, non vitiat. & in his ita firmandum videtur.

## C A P. XVI.

A R G U M E N T U M.

Subhastatio an fieri debeat in vendendis pignoribus.

S V M M A R I A.

- 1 Subhastatio requiritur in alienatione rerum & bonorum vniuersitatum.
- 2 Vniuersitas pupillis equiparatur.
- 3 Vniuersitas, sicut pupillus, in integrum restitutionem habet.
- 4 Pignorum venditio sub hasta fieri debet.

**S**ecundo † loco subhastationis seu licitationis solemnitatem in alienatione rerum & bonorum vniuersitatum interuenire debere animaduertendum est, propterea quod alioquin alienationes nō subsisterent, vt voluit Ang. in d. Auth. de alien. & emphy. §. hoc etiam versic. nota hic. & Bal. in l. & fine. §. & in l. ait prætor. §. hodie, ff. de minor. & in l. 3. C. de diuer. pred. vrba. lib. II. & Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. & in l. ordo. C. de execut. rei iudic. vbi pariter loquuntur de alienatione bonorum & rerum minorum ecclesiasticorum & vniuersitatum, & in præcedenti capite de alienatione bonorum & rerum minorum plura diximus. & licet Doctores prædicti de bonis cuiuslibet vniuersitatis non loquātur: quia tamen de bonis reipub. vel ciuitatum loquuntur, eorum decisio etiā in bonis illarum vniuersitatum, quæ ab administrationib. reguntur, locū habet, vt dixit Bar. & sequuntur alii in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & in l. res publica, C. ex quib. cau. maio. Id quod ex eo etiā comprobatur, quod vniuersitas † pupillo equiparatur, vt voluit Bar. & sequuntur Doct. in l. nulli. ff. quod caiusq; vniuers. nomi. per ea, quæ notantur in l. 1. §. quod si nemo co. tit. & per tex. in d. l. rempublica. D. de iure reipub. lib. 10. & sequuntur Corn. in cons. 148. viso quodam protocollo, col. 3. lib. 1. & in cons. 189. viso d. punto. col. 2. & in cons. 284. copiose quide, col. 2. vol. 4. & Soc. in cons. 95. in causa communis, col. 3. ver. secundo ostenditur, vol. 3. vbi vnanimiter cōcludunt, ita ut pupillo in integrum restitutio cōceditur, † pariter etiam & vniuersitati, quæ ab administratorib. regitur concedendā esse: ac etiam vti bona immobilia pupilli sine iudicis decreto alienari nō possunt: ita etiā bona immobilia vniuersitatis non possint: & ideo sicut bona ciuitatis & pupilli sine decreto iudicis & subhastationis, seu licitationis solennitate alienari

non possint, l. fi. C. de vend. reb. ciui. & notat Bar. & sequuntur alii in locis supra relatis: pariter etiā bona immobilia vniuersitatum alienari non possint: id quod ex eo comprobatur quod generale est, quos cuncti iudices & officiales auctoritatē habētes bona aliorū alienandi, tales alienationes præcedentibus subhastationib. & licitationib. facere debere, vt notat gl. in l. 1. C. de fide instrum. & iure hasta fiscā. & tradit Bal. in d. l. ordo, in 1. col. & in auth. hoc ius porrectum, & ideo videamus † venditionem pignoris, quæ fit à iudice vel creditore, sub hasta faciendam esse. l. 4. iuncta gl. C. de distract. pigno. & in l. qui contra. C. si vendit. pigno. agat. & l. fi. C. de iure domi. impetr. & tradunt Doct. in l. à duo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. & tradit etiam Bar. in l. alio, col. 7. versi. deinde quero. ff. de alim. & ciba. leg. Contrariā vero opinionē, quod bona ciuitatum sub hasta vendi necesse non sit, tenet Ruin. in cons. 189. n. 19. vol. 1. dum expresse voluit in eārum alienatione bonorum subhastationis solennitatem necessariam nō esse, per ea quæ habentur in l. fi. in fi. in verbo. stabiles. & ibi tradit gl. & sequitur Bar. C. de vendit. ter. ciuit. & iterum tradit gl. & eam sequitur Ioan. de Platea in d. l. si tempora. C. de fide instr. & iura hasta fiscal. lib. 10. & facit etiam illud, quod notat ibi Bart. & Alber. de Ros. in l. & ssuis. §. 1. ff. de mino. per tex. in l. 1. & 2. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. Nec obstat inquit ea, quæ ipse ponit in eodem cons. 9. quia inquit in bonis fiscalibus locum habere vel patrimonialibus Principis, vt voluit Ruin. in eodem cons. num. 19.

## C A P. XVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditio ab executoribus testamentorum facienda, sub hasta fieri debet.

**T**ertiō loco idem dicendū est in venditione bonorum hæreditariorum ab executoribus facienda: Nam huiusmodi executores sine subhastationis & licitationis solennitate vendere non possunt, & præsertim bona immobilia hæreditatis, etiam si liberam & absolutam auctoritatem vendendi habeant. Ratio autem ea est, quia ii, qui pro aliis vendunt, iusto pretio vendere debent: iustum autem pretium melius percipi non potest, quam subhastationis & licitationis via, vt dixit Bal. in d. l. & si fine, in additione, & notauit Barto. & sequuntur alii, in d. l. licitatio, in prin. ff. de public. & vestigal. & in d. l. si tempora. C. de fide instrumen. & iure hasta fiscā. lib. 10. & nos supra de hoc late diximus.

## C A P. XVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditio rerum ecclesiasticorum, an debeat fieri sub hasta.

**Q**uarto loco † subhastationē seu licitationē in alienationibus & venditionibus bonorum & rerum ecclesiasticarum necessarias esse voluit Socin. seni. in consil. 15. num. 6. vol. 1. Quandoquidem cū illa solemnitas in alienationibus rerum & bonorum minorum, nec non etiam fiscalium eadem quoque ratione, vt in alienatione bonorum & rerum ecclesiasticis.

siaisticarum necessaria sit, existimauit: Nam ecclesiae huiusmodi minorum & reipublicæ quibus comparantur, priuilegium habere videntur, vt tradunt Doct. in l. 2. C. d. iure reip. lib. 11. iunctis iis, quæ voluit Abbas Siculus post Gofredum in c. penul. extra de iudic. vbi subdit Socin. dixisse. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur idem Socin. sen. in consil. 29. nu. 6. eod. vol. 1. per ea, quæ voluit Ange. in l. qui in libellum, col. 9. C. de fide instrum. & iure hasta fiscal. lib. 10. p. tex. in d. auth. hoc ius porrectum, & in corpore unde sumitur ibi, quod actio pia constituit. & idem voluit Iaco. de Beluiso in §. & quoniam, in Auth. de alien. & emphy. Subdit tamen de iure canonico, tot solemnitates necessarias non esse: & in hoc inquit seruandum esse ius canonicum. Et licet illa authen. hoc ius porrectum, sit vt aiunt canonizata, c. hoc ius. 12. quæst. 2. id tamen obstat non debet, vt notauit Ioan. And. quem sequuntur Doct. in c. 2. extra descrip. Præterea, quod in alienatione rerum & bonorum ecclesiæ subhaftatio requiratur, tradit Rolan. à Valle consil. 33. numero. decimo quarto. volumine 1. Verum Bertachinus in tractat. de gabel. in 2. parte de locat. gabellæ, 7. question. numer. 18. inquit de iure canonico subhaftationem in alienatione bonorum requiri cautum non esse, nec reperiri, prout inquit Bart. ad quem se refert, in l. 1. C. de præd. vrb. lib. 1. qui tamen ibi dixit subhaftationem in alienatione rerum temporum necessariam esse. At Bal. in d. auth. hoc ius porrectum, inquit valere alienatione rerum ecclesiæ & minorum sine subhaftatione: quod quidem de iure canonico intelligitur: Bertachinus tamen eo in loco cogitandum reliquit. Illud tamen pro predicatorum declaratione animaduertendum esse arbitror: nam si bona ecclesiastica hodie sine summi Pontificis autoritate alienari nō possunt: & ea interueniente non est necessaria subhaftatio nec etiam vsu recepta est: vtique quærrere de subhaftatione, quæ iure ciuili competit, satis superfluum videtur, cum eo iure bona ecclesiæ alienari non possint, vt inquit Socin. senior in consilio 29. numero 6. volumine 1.

## C A P. XIX.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

1 Subhaftatio requiratur in alienatione rerum fiscalium.

**Q**uinto loco † subhaftatio in alienationibus rerum fiscalium necessaria est, vt inquit Rol. à Valle in consil. 99. num. 20. vol. 1. per ea quæ voluit glof. in l. quamvis. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. & in consil. 33. n. 14. eod. vol. 1. & Paris. in consil. 99. nu. 15. vol. 1. & Imola in consil. 99. num. 7. & Franc. Marc. in quæst 566. nu. 4. vol. 1. qui ad locationes quoque rerum fiscalium extendit, videlicet temporales. l. 1. & 2. C. de vende. reb. ciuit. lib. 10. & d. l. licitatio ff. de publi. & vectigal. & l. 2. C. de vectig. & com. vbi Salyc. & Ioan. de Platea in d. l. si tempora. C. de fide instrum. lib 10.

## C A P. XX.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

1 Subhaftatio & licitatio requiritur in locatione & venditione gabellarum.

**S**exto † requiruntur etiam subhaftationes & licitationes in locatione vel venditione gabellarum. l. penes, & ibi Doct. C. de vectigal. & com. in d. l. licitatio ff. de public. & vectig. & tradit Bertach. in tract. de gabel. in 2. parte. de locat. gabell. vers. septimo quarto, nu. 17. & idem voluit Marth. Affic. in c. vnico, vers. vectigalia, in titu. quæ sint regal. per Imperat. Federec. numero 117.

## C A P. XXI.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

1 Subhaftatio requiratur in alienatione rerum, quæ venduntur ob collectas non solutas.

**S**eptimo † subhaftatio etiam requiritur in alienatione earum rerum, quæ ob collectas non solutas vendi debent: quod tamen in bonis mobiliis locum non habet, vt inquit Bal. in l. 1. Cod. si propter public. pensi. & Bertach. in eodem. tract. de gabel. in eadem 2. parte. de location. gabell. eodem versicul. septimo quero, numero decimo octavo.

## C A P. XXII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

1 Subhaftatio, an requiratur in alienatione rerum mobilium.

**O**ctavo quæri etiam hoc loco conuenit, † an subhaftatio in venditione rerum mobilium exigatur? qua de re Bal. in l. 1. num. 5. C. si propter public. pensi. distinguendo ita inquit. Aut sunt mobilia, quæ in publico foro vendūtur, vtputa frumentum & alia huiusmodi ad vietum pertinentia: & tunc subhaftationem necessariam non esse arbitratur, propterea quod pretium eorum est ita notum & manifestum, vt de collusione aliqua timendum non sit, vt habetur in l. 2. C. de rescen. vendit. Si vero sint tales res, in quibus aliqua cadat affectio, & tunc sine subhaftatione vendi non possunt, neque debent, vt est tex. in l. & si fine, ff. de minor.

## C A P. XXIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

1 Subhaftatio facta statuti forma non seruata, nulla est.

**N**on est etiam omittendum, † subhaftationes, forma statuti non seruata factas non subsistere, sed nullas prorsus esse, vt dixit Bald. in d. l. ordo. C. de execut. rei iudic. & tradit idem Bertachinus in dict. tract. gabell. in 2. par. de locat. gabell. vers. septimo quarto, nu. 18. & tradit Alex. in consil. 212. n. 1. cum seq. vol. 6.

## C A P.

# De Executionibus, Tractatus. §. 6. 325

## C A P. XXIV.

Argumentum constat ex Summario.

### S V M M A R I V M.

1 Subhastatio, an requirat presentiam ementis.

**Q**uæri etiam solet, tan subhastatio præsentiam emptoris requirat? In hac quæstione Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in §. quæst. principali, versic. insuper nota, num. 91. inquit, non require: ham satis esse arbitratur, si ipse emptor ad eum accedat, qui rem venalem sub hasta proposuit, vel ad eum locum, qui in edicto expressus est, & ubi subhastatio vel licitatio fieri debet: tunc enim si rem venalem sub hasta proponit, ad vendendum obligatur, duimodo tamen antequam quisquam obtulerit, rem sub hasta posuit, ut publice posuit, publice auferat, & subhastationem seu licitatem renocet. l. sed & si pupillus. §. præscribere. ff. de præscript. Verum si rem venalem sub hasta ponit ad vendendum obligari & teneri non vult, ea verba quod plus offerenti dabuntur, in albo vel edicto non apponat: nam in eo casu, ut supra diximus, rei potius pretium perquirere, quam vendere voluisse dicendum videtur. Illud tamen hoc loco animaduertendum est: Fabianum de Monte de ea subhastationis forma loqui, quæ fit longo tempore, prout supra suo loco diximus, & sic de ea quæ per descriptionem notarii oblationum factarum aliquibus in locis fieri solet, utputa si subhastatio tribus, vel quatuor mensibus antea incipiatur, & quilibet licitor suam oblationem describi curat, & ille qui plus offert, rem consequitur, si vero loquamus de illa licitatione seu subhastatione, quæ frequenter est, & quotidie apud nos fit, videlicet ut candelæ accensa, vel breui temporis spatio alternis oblationibus una post aliam factis: & tunc ut emptor sit præsens necesse est, vel aliquis pro eo qui plus, prout illi videbitur, licet & offerat, donec vel candelæ extinguitur, vel tempus ad licitandum constitutum expiret. Est igitur in hac subhastationis forma præsentia emptoris, seu licitoris necessaria.

## C A P. XXV.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

1 Licitator qui offert magnum pretium pro re sub hasta venali posita ut carius ematur, pœna stellionatus tenetur.

**Q**uoniam ideo licitatio inducta videtur, ut res ea licitantium æmulatione venalis proposta maiori pretio vendatur: ad illud animaduertendum est, quod dixit Roman. in consil. 573. dum expresse vult, ut ille qui maius pretium pro re venali sub hasta posita ideo offert, ut carius ematur, ut saepe ab ipsis dominis, qui tales res venales propontur, in pœnam criminis stellionatus incidat, asserens casum esse singularem, ut declarat Bart. ibi in l. 3. §. si quis imposturam. ff. de crimin. stellion. & id, ut habetur ibidem in additione, sequitur Ang. Aret. in §. fin. Insit. de donation. & tradit Alex. in addit. ad Bart. in d. l. si tempora. C. de fide instru. lib. 10. & Ripa in tract. de peste, in vlt. parte, in princ. num. 204. & Hippolyt. in sing. 412. licet. & faciunt ea, quæ tradit Cicero Offic.

lib. 3. cum Pythium quendam vituperat, qui in hor torum venditione ea ostendendo, quæ reuera non erant, C. Canium ad plus emendum ea falsitate allexit. Plane, inquit eo loco Cicero: Quod si vituperandi sunt, qui reticuerunt: Quid de iis extimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius Eques Romanus, homo nec infacetus, & satis literatus, cum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi (ut ipse dicere solebat) contulisset, dicitabat se hortulos aliquos velle emere, quo inuitaret amicos & vbi se oblectare sine interpellationibus posset. Quod cum percrebuisse, Pythius ei quidam, qui argentinariam faceret Syracusis, dixit, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si veller ut suis, & simul ad cœnam inuitauit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius ut argentarius, qui esset apud omnes ordinates gratiosus, piscautores ad se conuocauit, & ab iis petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscauentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam tempore venit Canius, opipare paratum erat coniuivium, cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisquis quod cœperat, afferebat: ante Pedes Pythii pisces abiicebantur. Tum Canius: Quæso, inquit, Quid est ô Pythi, tantum ne piscium, tantum ne cimbarum? & ille: quid mirum inquit hoc loco est Syracusis quicquid est piscium hic aquatio: hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate contendit à Pythio, ut venderet grauate ille primo. Quid multa? impetrat: emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Inuitat Canius postera die familiares suos, venit ipse mature scalmum nullum videt: querit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscautorum essent, quod eos nullos videret: Nullæ, quod sciām, inquit ille: Sed hic piscauti nulli solent: Itaque heri mirabar, quid accidisset. Stomachati Canius, sed quid faceret? Nondum enim Aquilius collega & familiaris meis protulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis, cum ex eo quæterem, quid esset dolus malus: respondebat, cum eslet aliud simulatum, aliud aëtum. Hoc sane luculenter, ut ab homine perito definiendi, ergo & Pythius & omnes aliud agentes, aliud simulantes: perfidi, improbi, malitiosi sunt. Non estigitur mirum si huiusmodi oblatores plus ad decipiendos alias offentes in crimen stellionatus incidisse dicuntur & eius criminis pœna affici debent. Redeundo modo ad Doctores nostros, eandem conclusionem sequitur Tiraquel. in tract. de retract. consang. §. fin. num. 49. Proprie autem huiusmodi homines impostores dicuntur & deceptores, ut inquit Alciatin l. aliud est fraus. ff. de verb. sign. & lingua vernacula, Mariuoli & guntatori, ut inquit Benuen. Stracha. in tract. de mercatu. in tit. de decoctor., parte vlt. nu. 20. & Hipp. Marsil. in singul. 318. fui. vbi latius, & sic satis constat non inconuenire, huiusmodi genus hominum imputum non remaneat.

## C A P. XXVI.

Argumentum est in Summario.

### S V M M A R I V M.

1 Subhastatio semper requiritur, cum venduntur res absentes.

**V**olunt etiam Doctores nostri, ut vbi cuncte res & bona absentium venduntur, subhastatio omnino ad venditionis validitatem & confirmationem necessaria sit. *l.ordo. C.de exception. rei iudic.* & est text. in *l.fundis.* vbi tradit Alexand. *C.de resum.* vendit. & in *d.l.licitatio.* vbi etiam tradit Alexand. *C.de public.* & *vestigal.*

## C A P. XXVII.

Argumentum constat ex Summario.

## S V M M A R I V M.

**i** Subhastatio fidem de pretio non admittit.

**S**ubhastationem † fidem de pretio non admittit. re voluerunt magis communiter Doct. vbi inquit Bertachin. in *d.tract.de gabell.* & *vestigal.* in *2.par.* *de location gabell.* num. 16. in *fin.* per text in *l. à Diuo Pio.* §. sed si empator ff. de re iudic. & tradit Bart. in *l.i.* in *fin.* *C.de fide instrum.* & *iure hafst&fiscal.lib.10.* & ideo Ioan. Pet. Ferrat. in *sua tract.* Papiens. in *tit.* de *execution sentent.* in *versic.* per *publicum nuncium,* num. 6. inquit, executorem, qui pignora capta venalia proponit, non posse fidem habere de pretio, sed curare debere, ut emptores statim & in eo actu pretium de- promant, & solvant, & creditori tradatur, ut habe- tur in *d.l. à Diuo Pio.* §. sed si empator.

## C A P. XXVIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**i** Subhastatio non requiritur, quando heres facti in- uentario bona hereditaria vendit ad soluenda de- bita, & legata.

**A**ccedat etiam prædictis, † subhastationem ne- cessariam non esse, vbi cuncte haeres qui in- uentarium fecit, bona & res hereditarias, vt debiti haereditatiis & legatis satisfaciat, vendere pro- curat, vt dixit Bald. in *l.fin.* §. & *si prefatam, in l.notab.* *C.de iure delib.* dum inquit notandum, quod haeres qui facit inuentarium, ea de causa absque vlla sub- hastatione vendere non potest.

## C A P. XXIX.

## A R G V M E N T V M.

Venditionis instrumento an sub- hastatio probetur.

## S V M M A R I A.

**i** Subhastatio instrumento venditionis non probatur.

**2** Instrumentum sententia non probat litis contestatio- nem.

**3** Verba enunciatiua inter partes probant.

**1** Quærere præterea solent, † an instrumentum ipsius venditionis subhastationem probet, si in eo quod subhastatio præcesserit, mentionem fa- eta sit. Ratio autem est, quia vt supra vidimus, tem- pore instrumenti subhastatio fieri non potuit, vt voluit gloss. & sequitur Bart. in *l.i.* *C.de fide instrum.* & *iure hafst&fiscal.lib.10.* vnde inquit Angel. in *l.sci- dum.* num. 12. ff. de verb. obligat. quod licet in scriptura

seu instrumento venditionis essent hæc verba, vi- delicet factis subhastationibus, &c. attamen si de eis aliter non appareat, nullo modo probari etiam inter ipas partes, vt puta si fiscus minor vel ecclesia vendant: & in venditionis instrumento dicatur, habito tractatu & subhastationibus, &c. Quandoquidem cum subhastationes debeat instrumentum venditionis præcedere, & ideo tempore quo instrumentum conficitur, interuenire non pos- sint: merito tale instrumentum etiam inter partes, subhastationem vel licitationem præcessisse pro- bare non dicitur, prout etiam in simili † casu dici- tur, instrumentum sententiae litis contestationem nō probare, etiam si in eo dicatur, item fuisse con- testatam & libellum oblatum, &c. vt dixit Innoc. in *c.cum in iure peritus, extra de offic. deleg.* & in *c.quoniam contra falsam, extra de probat.* Nec obstat, quod † ver- ba enunciatiua inter partes probent, vt est text in *l.* optimam, vbi late tradit Butrig. & *l. cum aliquis. C.de iure delib.* propterea quod illud verum est, cum ali- quid enunciatur, in quo partes sibi præjudicare possunt: vnde est vt verba enunciatiua finiū, pleba- tium, vel aliorum similium locorum ipsos fines non probent, propterea quod contrahentes de hu- iusmodi finibus disponere non potuerunt, & sic concordat dicitæ leges, optimam, & *l.cum quis,* de quibus supra obiectum fuit.

## C A P. XXX.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

**i** Fructus rei subhastate, ad quos pertineant: & an per- tineant ad creditorem arresti facti, vel eius execu- tionis.

**D**ubitatum præterea aliquando est † de fructi- bus rerum seu bonorum sub hasta positorum, si sint creditori huiusmodi bona adiudicata vell li- citatori plus offerenti vendita: an hi fructus à die arresti lati, vel eius executionis consequi & acquite- re possint? & in hac dubitatione Nicol. Boerius in *quest. 45. num. ii. vol. i.* inquit, quod cum stylo curiæ Burgealensium detur tempus debitori ad rem ipsam recuperandam, ex quo præconii durante tempore debitor re potitur, eius fructus facit suos: id tamen inquit in curia Parisensi non seruati, & ideo eos non lucrantur; nisi post tempus executio- nis petitæ ad rem tradendam elapsum: & si adiudi- catio rerum sub hasta positarum plerunq; ex debi- to personali descendant, in quo datur tempus qua- drimestre, & sic origo actionis attendi debet. Ve- rum quia ob ipsam subhastationem res tradi & re- stituvi regulari solet secundum naturam realis, vt est text. in *d.l. qui restituere. ff. de rei vendic.* & ibi Doct. merito eos non lucratur, nisi illo tempore elapsi. Si vero personali actione agatur, & tunc haber de- bitor, vt diximus, quadrimestre tempus. *d.l.in fidei- commissi, in princ.* & in *d.l.si cum exceptione.* §. quod si homo, & cap. querenti, extra de offic. delegat. Verum quia prædictis videtur repugnare, vt inquit Bart. illud, quod habetur in *d.s. quod si homo.* ideo inquit Boerius alios aliter voluisse, & dicere, quod vbi cū que agitur ad speciem, executio in continentis fieri potest, id quod est contra text. in *d.l.in fidei commissi.* & ideo aliter, vt ipse arbitratur, cum ad specie agi- tur, dicendum est: videlicet agitur actione reali, & tunc

& tunc illud quod dictum est, seruari debet: Aut vero mere agitur, actione personali, & tunc habet quadri mestre tempus. d.l. in fideicommissi. & idem dicit gl. in c. apud. II. q. 3. Aut agitur personali in re scripta aut actione ad exhibendū quæ est personalis in rem scripta. l. de eo, in fin. ff. ad exhiben. & tunc idem, quod in reali dicendum est. d. §. & si in rem actum. & idem quoque est in actione, quod metus causa, quæ pariter in rem scripta dicitur. l. metum. §. fin. ff. quod met. caus. &c in his casibus datur tempus, sicut in reali, arbitrio iudicis moderandum. d.l. si cum exceptio- ne. §. quod si homo. si vero actione mixta agatur, ut petitione hæreditatis; & tunc si in ea venit rerum vendicatio realium naturam retinet: si vero præstaciones personales & tunc personalium, ut est tex- clarus in l. hæreditatis. C. de petit. hæred. Verum si cri- minali actione agatur, & tunc statim executioni mandatur, cap. sicut. 2. quæst. 1. & l. cum reis. C. de pœnis. & tradit Innoc. in d. cap. quærenti, extra de offic. deleg. & Bald. in d.l. fin. col. fin. versic. item do pro regula, cum aliis quos Alex. ibi in additione deducit de execut. rei iudic. & tradit de hoc nonnulla Abbas in cap. de cætero, col. 5. versic. adde tamen, & ibi Felin. col. 2. versic. tertius casus, extra dere re iudic. & idem ait ut Bal. dicendum est, si pecunaria multa sit, propterea quod cum eis benigne agendum non est, sed rigorose, propterea quod reatus omnem benignitatem & misericordiam excludit. l. 1. C. vbi Senat. vel claris. Fal- lit etiam in aliis casibus, quos notat gloss. in d. cap. cum apud. ponens pro prædicta theorica versum, In per- sonali post menses quatuor, in reali protinus est omnis sententia perficienda: & ideo sic in crimi- nalibus: sed casus excipe quinque, confessus, præ- gnans, iratus, infensus, seruus, ut ibi.

## C A P. XXXI.

A R G V M E N T U M.

Appellatione pendente an bona  
sint licitatori vel oblatori venden-  
da.

### S V M M A R I A.

- 1 Oblatori, an sint bona omnino vendenda pendente appellatione.
- 2 Appellatio suspendit venditionem faciendam licita- tori & oblatori, ac etiam dationem in solutum: li- cet primus iudex bona vendenda & posteriori oblato- ri danda pronunciauerit.
- 3 Depositum fieri debet, creditore non comparente, ad creditum suum recipiendum.
- 4 Debitor condemnari debet ad expensas restituendum tam creditori, qui petiit bona sibi dari in solutum, quam oblatori & licitatori usque ad tempus facti depositi.
- 5 Debitor qui appellauit à sententia primi iudicis man- dantis bona vendi emptore reperto: & de pretio sa- tisfieri creditori: vel emptore non reperto dari in solutum pendente appellatione offerre & venditionem pignorum impedi- re.
- 6 Solutione eius, quod debetur, pignus vel hypotheca tollitur.
- 7 Reus si actori satisfaciat ante rem iudicatam absolui debet, licet in eo statu fuerit, iudicij accepti tempo- re, ut condemnari deberet,
- 8 Venditor si fuit condemnatus in prima instantia ad interesse, quia non soluit rem, potest illa in secunda instantia dare: & sic dando illam in instantia ap- pellationis liberatur.
- 9 Dos quandocunque ante rem iudicatam solui potest, & ita bonorum venditionem impediri.
- 10 Iure venditoris cessante, cessat etiam ius emptoris.
- 11 Sententia non producit ius irreuocabile stante appella- tione, quia iudicatum non videtur.
- 12 Appellatio considerato presenti statu tollit iudicium & iura futuri eventus suspendit.
- 13 Bart. dictum in l. licitatio, in princ. ff. de public. decla- claratur.
- 14 Debitor soluendo vel offerendo & deponendo sum- mam debitam, impedit eius venditionem.
- 15 Venditio simplex sine rei traditione non sufficit.
- 16 Emptio & venditio licet consensu re & pretio perfi- ciatur, attamen quo ad impediendum quominus debitor offerre posset, & pignus liberare, non vide- tur sufficere absq; traditione.
- 17 Venditio censetur simulata, si venditor reperiatur possidere post venditionem.
- 18 Creditor non potest vendere pignus sibi ipsi, nec in- terpositæ persona ab eo simulata.
- 19 Simulatio semper presumitur, si creditor semper pos- sideat, & ideo debitor oblato debito eum conuenit pignoratitia.
- 20 Adiudicatione bonorum petita licet debitori, etiam post sententiam, dummodo sit ab ea appellatum, debitam summam offerre & pignus, seu hypothecam liberare.
- 21 Oblatio non tribuit ius, quando oblato intra tempus constitutum se in emptorem non offert, postquam lapsi sunt dies praconii non auditur, num. 12.
- 22 Offerri posse semper & quandocunque etiam in cau- sa appellationis, ex stylo & consuetudine esse appa- ret.
- 23 Venditio facta alteri à debitore, ut habeat pecuniam ad offerendum, an valeat, non est querendum.
- 24 Depositum conditionale, an sufficiat.
- 25 Deponens sub conditione, an videatur habere ani- mum relaxandi pecuniam depositam.
- 26 Conditio extrinseca vel extranea, quæ dicatur.
- 27 Extraneus potest offerre debitum creditori & soluere ad hoc ut extinguitur actio, & hypotheca libere- tur, etiam inuitu creditore.
- 28 Extraneus potest offerre & soluere, &c. sed non potest impenetrare actionem nisi posideat: & multo minus bona sibi relaxari, si nullum ius habet.
- 29 Bart. in d.l. si soluturus, & Bald. in l. acceptam, in 4. quæst. declaratur.
- 30 Conditio intrinseca, unde & quando appareat.
- 31 Creditor cogi potest ad faciendum quietationem re- ceptorum & ad restitutionem rei.
- 32 Creditor facta solutione seu oblatione cum deposito, cogitur pignus restituere.
- 33 Conditio extranea & extrinseca, quando non sit.
- 34 Solui unicus potest de consensu & voluntate eius, cui priucipaliter solui debet.
- 35 Ille cuius voluntate soluitur: & ille, qui soluit, libe- rationem consequitur.
- 36 Venditio facta oblatori, an videatur confirmata ob id, quod bona relaxentur ei qui emit à debitore, & pecuniam ad bona liberanda deposituit.
- 37 Sententia mandante instrumentum fieri, non videtur ius aliquod acquisitum respectu debitoris.

- 39 Instrumentum fieri si promittatur, non est venditio,  
sed quedam venditionis facienda pollicitatio.
- 40 Venditio quod perfecta non sit, si instrumentum fieri  
promittatur.
- 41 Pretium solui necesse est, ad perfectionem venditionis.
- 42 Res tradita non dicitur, donec fiat instrumentum.
- 43 Dominus si veniat, & offerat debitum, ei res sua resti-  
tuitur, nisi distracta fuerit iudicis autoritate vel  
in solutum data.
- 44 Posidere iure dominii, quando quis dicatur.
- 45 Factum non dicitur, cum quid superest agendum.
- 46 Debitor si dat licentiam vendendi pignus, si intra  
quoddam deputatum & constitutum tempus vel  
terminum non soluerit pecuniam debitam: eo ta-  
men tempore vel termino elapsio non impeditur, si  
pignus venditum non sit, quin soluere possit debitum  
ad liberandum pignus suum.
- 47 Creditor quando non possit vendere pignus habita si-  
de de pretio.
- 48 Appellatione stante à sententia iam lata, ius aliquod  
ab ea quasitum dici non potest.
- 49 Sententia extinguitur pronunciatum.
- 50 Actio sequitur sententia oritur ex secunda sententia  
confirmata, non autem ex prima confirmante.
- 51 Offerendi ius, quod competit appellatione pendente.

**A**ccidit saepè in facto, ut mulieres agant con-  
tra bona mariti, ut dotem suam recuperent,  
petantque bona debitoris vendi emptore reperto,  
emptore vero non reperto, sibi in solutum dari: &  
quod compareat aliquis qui se offerat in emptore  
bonorum pro extimatione, & deinde alius pro ex-  
timatione facienda, iuxta formam statutorum loco-  
rum, & vterius florenos duos, & quod citatis ei-  
tandis res ideo in controversiam redigatur: quod  
lata prima sententia dicente, petita & exposita ab  
ipsa muliere vel quocunq; alio creditore, vera fuisse  
& esse: & ipsa bona vendi debere plus offerenti,  
eum ad emendum condemnando, prout se obtulit,  
nec non ad satisfaciendum ipsi mulieri vel credito-  
ri expensas & eius concurrenti credito: Addens ta-  
men, vt si post tempus constitutum statutis locoru-  
m die extimationis ipsorum bonorum ipse oblato-  
rora iudice non compareat, nec petat venditio-  
ne ei factam: bona praedicta intelligantur ipsi mu-  
lieri vel creditori vendita vel in solutum data, & stan-  
te huiusmodi sententia ipse debitor ab ea appella-  
uit, nec non secundus oblator, qui pliis obtulit: ita  
vt res & dubitatio omnis ad ipsum debitorem & eū  
qui plus obtulit redacta sit: Sed in causa appellationis  
ipse debitor narrans vendidisse bona, de quibus  
agebatur ut satisfaceret ipsi mulieri creditrici, ob-  
tulit dotē, & sic illud, quod debebat praedicta mu-  
lieri creditrici, & quia ipsa nec quispiam alias eius  
nomine ad pecuniam debitam comparebat, & eas  
depositus, addens florenū unum cum fideiūsōre in  
forma: Vnde iudex appellationis inspecto deposito,  
ei locum esse dixit, & male à primo iudice iudi-  
catum fuisse, & bene ab ipso debitore appella-  
tum fuisse condemnando ipsum debitorem tam  
ad expēsas, quas ipsa creditrix fecerat, quam etiam  
ipse oblator vsq; ad tempus facti depositi: absolu-  
do ab eo tēpore citra partes ab expēsas: à qua sen-  
tentia, vt dixi ipsa creditrix, & ipse oblator appella-  
runt: Quæritur stāte huiusmodi specie, an ipse de-  
bitor offerēdo summam debitam potuerit ac pos-

sit venditionem bonorum impedire, & bona sua  
luere? Qua in re licet fortasse primo ingressu bona  
esse omnino ipsi oblatori vendenda dicendum vi-  
deatur; propterea quod quando res subhaстatur,  
quamprimum quis obtulit contractus perfectus vi-  
detur, vt dixit Bart. in l. si tempora, nu. 3. C. de fide in str.  
lib. 10. & in l. lictatio, in prin. ff. de publ. & vctig. & tra-  
dit Decius in consil. 58. nu. 1. & 2. id tamen in casu no-  
stro, videlicet stante appellatione locum non ha-  
bet, cum ipsa actum suspendat, vt dicunt Doct. in  
Rub. C. de appell. nā cum in causa appellationis debitū  
soluerit: & si tempore moti iudicij condemnari  
debuisset, interuentu tamen appellationis absolui  
debet: Nam ipse debitor potuit dotem suam t ipsi  
creditrici, vel quibuscunq; aliis creditorib. offerre,  
prout (vt diximus) potest quilibet debitor creditori  
suo offerre, & venditionē pignoris seu bonorū ob-  
ligatorū impedire. l. si residuum. & l. si priusquam. C.  
de distracti pignor. & l. fin. C. de luitio. pignor. cum simi-  
lib. & tradit Bart. in l. penalt. C. de distracti. pignor. id  
quod summa ratione fulcitum videtur. Planenihil  
aliud querit creditor, nec alia de causa bona vendi  
procurat, quam vt sibi sati fiat, & ideo cum valde  
breuiori manu ei hoc modo sati fiat, non debet ul-  
terius ad bonorum venditionem procedere, arg.  
l. Paulus §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat. solu-  
tione t namque eius, quod debetur, pignus & hy-  
potheca tolluntur. l. item liberatur, in princ. & §. qui  
paratus, in princ. ff. eod. tit. Minus etiam mulier, vel  
quilibet creditor quod conqueri possit: si bono-  
rum venditio impediatur, vt videtur satis conclu-  
denter facere text. in §. fin. In fit. de perpet. & tempor.  
att. Vbi expresse habetur, reum t qui actori ante 7.  
rem iudicatam satisfecit absoliendum esse, licet  
(vt supra diximus) in eo statu & conditione acce-  
pti iudicij tempore fuerit, vt condemnari deberet.  
Vnde dixit gloss. notabilis in l. in princ. in verbo, agi-  
tur, in fin. ff. de action. empl. t venditorem qui in pri-  
ma instantia ad interesse fuit condemnatus ob id  
quob rem non soluit, posse eam in secunda instan-  
tia dare, & ex consequenti, si eam in instantia ap-  
pellationis dederit, liberum esse. Quod sane di-  
cunt Accursii, prout etiam intelligit Bart. quem se-  
quitur Paul. Castr. à casu nostro differre non vide-  
tur, in quo bona vendi à creditore petitum fuit, vt  
ex ipso pretio creditori satisficeret: Et ideo t mi-  
rum non est, si quandocunque ante rem iudicatam  
dos in casu nostro solui potest, eiusq; solutione bo-  
norū venditio impediatur: alius autem casus à Bart.  
ibi diligenter perpensus satis à casu nostro differre  
videtur: & ideo ex quo petitum fuit interesse, &  
ad illud debitor condemnatus fuit, mirum non vi-  
detur, si rem offerendo creditori, seu emptori sati-  
facere non dicitur: & ratio esse potest, quia multo  
fortasse plus interesse, quam ipsa res continere po-  
test, vt dicitur ibi in text. & ideo satis æquum est, si  
præstando rem non liberatur, prout ibid. declarat  
Doct. sequendo gloss. Id autem non est in casu no-  
stro, in quo (vt supra) bonorum venditio nulla  
alia ratione fit, vel petitum fuit, quam vt ipsa mulier  
dotem suam, & quilibet aliis creditor id, quod sibi  
debitur, consequatur: & ideo si vterq; id quod cu-  
piunt consequuti sunt, quid est, quod vterius quæ-  
rere, aut petere possint. His itaq; in iure existentib.  
minus sane illius qui se obtulit in emptorem inter-  
esse dicendum est, si primus iudex dixerit bona  
prædicta

# De Executionibus Tractatus. §. 6.

329

10 Prædicta ei vendenda esle, cum cessante iure venu-  
doris, emptoris quoque ceslare dicatur. Nec ex  
11 illa sententia ei ius irreuocabile & quæsitum sit,  
stante appellatione ab ea interposita, cum nec et-  
iam (vt supra diximus) iudicatum videatur. l. i. in fin.  
ff. ad Senatus consult. Turpilian. & tradit gloss. in d. l. i.  
ff. de action. empt. & habetur in Rub. extra de appell. Ap-  
pellatio & namq; præfenti inspecto statu, iudicatu-  
tollit & iura futuri enentus suspendit: uno, si recte  
animaduertatur, vt inquit Laurentius Siluanus in  
consil. s. num. 5. appellatio extinguit omnes iuris ef-  
fectus, quos producit sententia, vt est text. in d. l. i. in  
fin. ibi qua prouocationis remedio condemnatio-  
nis extinguitur pronunciatio. ff. ad Turpil. Dicit præ-  
terea Paul. Castren. post Iacob. de Rau. non extin-  
gui ipsam pronunciationem, prout facta est, pro-  
pterera quod facta pro infectis haberi non possunt.  
l. in bello. §. facta. ff. de capt. & postlimin. reuers. sed effe-  
ctus iuris ab ipsa pronunciatione prouenientes, &  
ita inquit intelligendum esse text. in d. l. i. in fin. &  
hinc inferunt appellationem, vt ait Castren. & lac.  
de Rau. in loco paulo ante relato, actionem iudica-  
ti, extinguere, sive in factum, que oritur ab ipsa sen-  
tentia. Pariter etiam si quis de crimine infamiam  
irrogante condemnetur: & si illa sententia infamia  
infusat, eam tamen appellationem extinguere, &  
ita extinguere, vt pendente appellatione infamis  
non sit, vt est text. in l. furti. §. 1. ff. de infamib. Præterea  
etiam licet sententia illius, qui ad mortem conde-  
mnatus est, ciuitatem & libertatem adimatur, faciat  
que condemnatum intestabilem: attamen appella-  
tio primi effectum extinguit, & ea pendente con-  
demnatus testari potest, vt est tex. in l. si quis filio. §. hi  
autem omnes ff. de iniusto, rupto, irrito, facto testament.  
& ita intelliguntur gl. in d. l. i. ff. de re iudic. & in d. l. fur-  
ti. §. 1. nec non dicit Bart. & aliorum in dictis locis & ali-  
bi, dum dicunt appellationem pronunciationem ex-  
tinguere, & ita declarat Socin. senior in consil. 91.  
concludendo, col. 2. nu. 10. vol. 4. & Afflict. in decif. 296.  
quidam debitor, in fin. Et ideo inferunt sententiam  
impedimentum non auferre. Præterea illud, quod  
13 dixit & Bart. in d. l. licitatio, in princ. ff. de public. & ve-  
ctigal. facta subhaftatione, & edictio proposito,  
quod dabitur plus offerenti ei, qui plus obtulerit,  
ius acquisitum censeri, ita vt eo iure priuari non  
possit, satis diuersum à proposita specie videri: quā-  
doquidem præterquam quod in casu nostro bo-  
na hæc sub hasta posita non fuerunt, minusque  
quod plus offerenti darentur, dictum videtur po-  
tius pretium ipsum perquisitum, & eos exploratum,  
qui emere vellent, quam quod plus offeren-  
tidati voluerint, vt ibidem dixit Bart. Dicimus et-  
iam Bart. ibi loqui, quando subhaftatio ab eo, qui  
authoritate habet facta est: vt puta à domino  
rei vel iudice nemine contradicente: & ideo mi-  
rum non est, si dixit ob id eum eo qui obtulit seu  
offert, contractus initus censemur: At secus sane  
est in casu nostro: quandoquidem sive dicamus  
rem venalem propositam à creditore vel iudice, &  
corum neuter eam vendendi ius habere dicen-  
dum est, stante scilicet oblatione & contradic-  
tione ac etiam depositione summa debitæ creditori,  
cuius de causa ad bonorum venditionem deue-  
niendum fuit. Præterea, quicquid sit respectu cre-  
ditoris, & eius qui in emptorem se obtulit: inspe-  
cto debitore contradicente venditionem perse-

Etiam non dici, nemini dubium esse debet, quin re  
t nondum vendita, debitor soluendo vel offeren-  
tendo & deponendo summam debitam, eius ven-  
ditionem impedit, vt est text. in l. 2. C. de debit. vend.  
pig. impedit. non pos. & tradit Bald. in d. l. si prius in addit. ad  
illum text. dum loquitur de creditore, qui in pigno-  
re legé venditionis exercuit, id est, vendidit & tra-  
didit: Quasi expresse velit, simplicem & venditio-  
nem non sufficere sine re actuali traditione; nam  
licet & emptio & venditio cōsensu, re & pretio per-  
ficiatur, vt habetur Inst. de oblig. qua ex consen. & Inst.  
de empt. & vendit. quo tamen ad impediendum, ne  
debitor suam debitam offerre & pignus libe-  
rate venditionem absq; traditione non sufficere: &  
ideo si creditor post huinsmodi venditionem ad-  
huc possidere & reperiatur, venditionem simulata  
cēseti & rem vendidisse dicendum non esle: Imo  
posse debitorem tali venditione non obstante, de-  
bitū offerre, & pignus liberare, vt est text. in l. & qui  
sub imagine. C. de distract. pign. Dicit enim ibi tex. Qui  
sub imagine alterius personæ iugiter rem tenet, cu  
suum negotium gerat, alienasse non videri: & ideo  
in tali causa eodem modo esse, ac ante ralem collu-  
sionem erat. Vnde Bald. ibi summando illum tex.  
inquit, & creditore in pignus sibi ipsi vendere non  
posse, nec etiam alicui interposita personæ ab eo  
simulate, & simulationemq; præsumi arbitratur, si  
creditor semper possederit: & ideo si creditor sem-  
per possederit, debitorem cum pignoratitia con-  
uenire posse simulatione contractus nō obstante,  
reiecta simulataemptionis allegatione, prout tra-  
dit ibi Bald. & sequitur Salyc. id quod potissimum  
procedit in hac specie, in qua creditor semper fuit  
in possessione bonorum, & præsertim si oblator  
ea non adimplevit, qua in prima sententia contine-  
bantur: vt scilicet intra tempus constitutum in-  
strumentum venditionis sibi fieri postularet: præ-  
dicta enim omittendo, videtur ab ipsa venditione  
recedere, & ideo adjudicationi potius locum esse,  
quam sibi fieri emptore non reperto, creditor po-  
stulavit. In qua & quidem bonorum adjudicatione  
bonorum satis clatum est, etiam post sententiam,  
quatenus ab ea appellatum sit, debitum offerre, &  
pignus seu hypothecam à creditore liberare: huius-  
modiq; adjudicationem resoluere, vt voluit Bart. in  
l. si finita. §. Julianus. ff. de dam. infecto. & licet Bart. ibi  
indistincte velit, etiam post sententiam huiusmo-  
di oblationem facere debitori licere quicquid de  
eius opinione senserint ali, in hac tamen specie  
optime procedit, propterea quod dubium nō est,  
stante appellatione sententiam dationis in solutum  
aut sublatam fuisse, aut saltem suspensam esse, eaq;  
non obstante licere debitori debitum suum offer-  
re, & adjudicationem illam resoluere, prout late fir-  
mat Alex. in d. l. si finita. §. Julianus. in princ. & col. fin.  
ff. de damno infecto. Accedat & etiam prædictis, quod  
licitatori sua oblatione nullum omnino ius quæ-  
situm fuit, cum infra tempus constitutum se in  
emptorem non cibulerit: & ideo eius oblatio post  
statutum tempus non prodest, nec ex ea illi ius  
quæsitum esse dici potest, vt dixit Bart. in l. si tempo-  
ra. C. de fide instrument. lib. 10. & in d. l. licitatio, in fin. ff.  
de public & vectigal. Vbi & expresse habetur, præco-  
nii elapsis diebus offerentem audiendum non  
esse. Si igitur ei ius nullum quæsitum est, pari-  
ter quid de eius iure queratur, non videretur. Nec

23 quicquam f. etiam de practica & stylo curandum est, cum de vtraq; attestetur: nam aut nulli, aut utriusque standum esset. Videtur igitur & quissimum debitori creditori offerre licere, cum hoc modo plenius ac commodius & sine evictionis metu vel alio quod quis periculo breviori, manu ei satisiat: Nec videtur curādum, si fortasse obiciatur debitore in prædicta bona licitata ad pecuniam conficiendā, vt 24 creditori satisfaciat, f. vendidisse, & ideo talē venditionem non valere, propterea quod in casu proposito de illius venditionis validitate disputādum non est: nam quæcunq; fuerit ea venditio creditori non refert: satis enim ei est, si suum creditū consequatur. Illud enim debitor vel potius emptor animaduertere debet, quib. fortasse bona auferri possent, cum igitur creditor suum creditum consequitur, & pecunia reprobata non est, arg. l. i. §. si redditia ff. commoda. & l. Paulus respondit ff. de solut. nō est, quod ipse amplius querere debeat: Nam vnde eius debitor pecuniam habuerit, querere non debet, arg. l. Julianus ait ff. de cond. & demonst. Nec præterea immiscenda sunt iura aliorum creditorum: quia quantum pertinet ad hoc iudicium, eorum non interest: Nam si venditionem à debitore factam nullam esse prætendunt: iure sibi competente agant, quoniam in hoc casu de huiusmodi vēditione tractandum non est, sed solum quærendum, an oblatione seu depositum pecuniae ab ipso debitore factum, nō inspecto vnde tales pecunias habuerit ad pignus resoluendum bonorumq; hypothecam, & eorum venditionem sufficient. Vel saltē ut sibi in solutum dentur: & vt supra dictum est, tales venditionem impedire, & adjudicationem respectuē resoluere, dubium nō est, vt inquit Bart. in d.l. penult. ff. de distract. pign. quemadmodum oblatione & depositione debiti debitor pignoris vēditionem impedit, & à debito liberatur. l. 2. C. deb. vend. pig. impear. non poss. & l. obligationem, C. de solut. cum similib. Non est igitur, quoq; iura aliorum creditorum ad infringendam ipsam venditionem à debitore ipsum bonorum alteri factam admiscentur.

Si vero acciderit, vt depositum sub conditione fiat, f. quatenus scilicet creditor sine faciat, & bona ipsa relaxentur, & ideo ob talem conditionem ille 25 qui pecuniam depositum transferendi f. pecuniam annūm non habuisse videatur, vt dixit Bart. in d.l. si soluturus ff. de solut. & præsertim si in ipso deposito dictum fuerit, si sibi debitori, vele ei cui talē bona eius nōmen exprimendo relaxentur: quia si inspiciamus emptorem, talis conditio est omnino ex- 26 trinseca f. & extranea, quia creditor ei bona relaxa- 27 re nō tenetur, propterea quod licet possit f. extra- neus creditor debitam suminam offerre, ac etiam soluere, vt actionem extinguat & hypothecam soluat, etiam inuitō creditore. l. soluendo ff. de neg. gest. & tradit Pau. Cast. in l. tale pactum. §. post diuisionem ff. de 28 part. vbi tradit etiam Ias. attamen f. nisi possideat, iurium cessionem, seu actionem impetrare non potest, ac etiam multo minus bona sibi relaxari, si nullū ius in bonis habet, vt est text. in l. nulla. C. de solut. Imo dixit Bald. in d.l. mulier, post Richardum Malumbræ & Cyntum, quos ipse refert, offerenti inuitō possessore iura cedenda non esse, vt voluit etiam Castren. in l. si res oblata. ff. de legat. i. cui licet gloss. in d.l. mulier, & in l. Papinius. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluat. resistere videatur, prout vo-

luit etiam ibid. Bart. & Alex. in apostolis, & Bal. i. consentaneū, in 4. opposit. C. quom. & quan. iud. & alii plerique, vt habetur in d.l. si res oblata: attamen frē eo trademus, qui non possidet, nullumque ius habet in re, prout in proposita specie videtur, huiusmodi bonorum emptionem non subsistere, clarum viderur, eidem bona relaxanda non esse, dicta l. nulla. Cum igitur illa conditio relaxandi bona ipsi empori sit omnino extranea, & ipse creditor ea relaxare non teneatur: consequitur, vt ipsum depositum tanquam conditionale, minusque legitime factum, non valuerit. d.l. si soluturus. vbi Bart. ff. de solut. & tradit Bal. in l. acceptam, in 4. q. C. de v̄sur. & Curt. in consil. 39. visitis col. 4. vers. nec obstat. & Alex. in consil. 26. viro & diligenter, col. penult. vers. quinto, quia. vol. 6. & alib. j̄pe. Præterea potest etiam responderi, illam conditionem & modum intrinsecum non vitiare, & si interim deponens non liberetur à pretii obligazione, propterea à se pretii dominium non abdicat, & ita procedat illud, f. quod dixit Bart. in d.l. si soluturus, & declarat Bal. in d.l. acceptam, in 4. q. Quod autem sit intrinseca conditio, f. ex eo apparent quod 31 si debitum soluat, & ex consequenti creditori satisiat, debet etiam fieri liberatio & finis bonoru, quorum causa facta est solutio, liberatio, propter ea quod ad prædicta omnia de iure creditor teneatur, & vbi solutio simpliciter facta est, ad vitrumq; tamē cogi posset, l. sicut datam. C. de lib. caus. & habetur in l. Aquilia. ff. de transact. vbi expresse habetur, creditorem f. ad faciendum quietantium, vt aiunt, 32 receptorum: & tē restitutioē cogi posse: id quod inde apparent, quia facta solutione, f. vel oblatione 33 cum disposito creditor pignus restituere cogitur. l. creditor. C. de pign. & toto tit. ff. & C. de pign. act. Nec dicti debet extranea f. seu extrinseca conditio ob id, 34 quod dicta bona sibi, aut emptori relaxati petitum sit, propterea quod licet ei bona relaxarentur, non tamē ex iure in eius persona residente relaxatio facta dici posset: & clarum in iure præterea est, adiecto etiam f. cuicunque de voluntate eius, cui 35 principaliter solui debet, solui posse, l. solutum. §. solutum. ff. de pign. act. & l. quicquid stipulatur. & l. vero procuratori, cum infinitis similib. ff. de solut. Nec quæritur de iure eius, cui quæritur, sed f. illius de cuius 36 voluntate & mandato soluitur, & soluēs liberacionem consequitur. arg. l. qui hominem. §. si debitorem meum. ff. de solut. Nec sane f. videtur necessaria illa 37. dubitatio, vt ex eo quod dicto emptori bona relaxaretur, venditio ei facta confirmari videatur, propterea quod quando talia bona ipsi relaxarentur, vtq; non tanquam eorum emptori & in eis ius habenti relaxarentur, quo casu supra in contrarium deducta possent locum fortasse habere: Sed vt cui libet extraneo ab ipso tamē debitore soluente elesto, ita vt de illa venditione facta ab ipso debitore quicunque ille sit, qui emit, ratio haberi non debat: nec inde illa præsumptio, quod valeat summi potest. Præterea ex eo sentiam confirmatur conclusio nostra, f. quia sententia à qua fuit appellata, vt instrumentum fieret, præceptum fuit: quo fit vt inspecto debitori nullum ius validum oblatori quæsumum sit. Illa enim verba, instrumentum fieri, præcipientia quandam potius vendendi promissionem continent, quam venditionem ipsam.

Exemplum ponit potest, si fortasse f. corā testib. 39 quispiam

quispiam alicui ad eius libitum instrumentum venditionis fieri promiserit: hæc enim verba non venditionem, sed pollicitationem quādam potius debitare videntur: id quod inde satis concludenter apparet, quod Notarius non eo die, sed eo instrumentum fieri rogatus censetur, ut inquit Paul. Castren. in l. qui bis, ff. de verbis. obligat. ubi inquit hanc conclusionem consulendo sequiturum esse; & eius consilium Raph. Cuman. subscriptissile: & idem iterum dixit in d. l. cum res. C. de probat. quem refert & sequitur Ias. in consil. 51, col. 1. vol. 1. Præterea, quod si dicatur, & instrumentum venditionis faciendum venditio perfecta non sit, voluerunt Cynus, Bal. Matthæus. & Paul. Castren. in l. contractus per illum tex. C. de fide instrum. lib. 10. ubi iterum attestatur Castrensis pro hac opinione consuluisse, & eius consiliū fuisse à Doctoribus Paduanis, suis subscriptionibus confirmatum, & quod plus est, in ea causa obtinuisse: & ibidem etiam Ang. in gl. in vers. cōficiuntur. inquit pro hac opinione fuisse iudicatum, quem sequitur Fabianus de Monte in tract. de empt. & vendit. in 2. 41 par. princ. in 3. & 13. quest. Ad hoc tenim ut liberetur, pretium solni necesse est, l. quæstum. in princ. ubi tradit Bart. ff. de pignor. Plane & quousq; haec instrumentum res tradita non dicitur, nec pretium solutum: & ideo tūc traditio facta intelligitur cum sit: Tunc enim, vel cum facta est adiudicatio præambule sententiæ causa, debitor amplius ad soluendum non admittitur, sed illucusq; tantū, ut notat Bal. post gl. in l. fin. C. de bon. autho. iud. possid. per tex. in d. l. si finita, §. præterea, ff. de damno. infecto. quem legit Alex. sub §. Julianus. in fi. num. 121. & notat etiam Specul. in tit. de 43 secundo decreto, §. fin. vltimo dicimus. vers. quia & quan- docung, dominus veniens offerat debitum ei rem suam restituendam esse; nisi iudicis autoritate distracta sit, vel in solutum data. Præterea quod ius respectu debitoris quæstum dicitur, cum pretium solutum est, colligitur etiam ex verbis Specul. in eo tit. §. nunc dicamus. in fi. ibi, Iudex prænunciabit venditionem faciendam. Nam censuit, ut si forte quis rediens exceptionem sibi competere probare vult, nunquid venditio retractari possit. & inquit non posse: licet pretium ex re vendita perceptum repetere possit. Ex quibus verbis apparet, pretium solutum præsupponi ad hoc ut venditio retractari non possit. Idem quoq; percipi videtur ex d. §. præterea. ibi ante quam 44 à prætore possidere & iure dominii iuslus sit, quid sane nisi instrumento confecto & pretio soluto accidere non potest, cuius quidem solutione creditori satisficit & debitor liberatur. d. l. quæstum. & l. re- scriptum. ff. de distract. pigno. & probatur in l. si mandato Titii, §. creditor. ff. manda. ubi tex. expresse dicit, si creditor pignus vendat debitorem non liberari, donec pretium non soluatur, propterea quod (ut alias di- 45 ximus) & quid factum non dicitur, donec aliquid superest agendum, l. penal. C. ad Senatus cons. Syllania. Recipit enim venditio à pretio esse ac perfectio- nem. Vnde est, & ut si debitor vendendi pignoris li- centiam & facultatem det, si (ut supra diximus) intra quoddam tempus debitor non soluat, eo elapso tempore debitorem, quin ad liberationem sui pignoris soluere possit, impediendum non esse, ut voluerunt Decius & Cagnolus in l. fructus. ff. de reg. iur. Dummodo tamen ante venditionem vel datio- nem in solutum soluat, ut dixit etiam Negusian. in tract. suo de pign. & hypothec. in 14. parte princ. n. 9. vers.

non propterea debitor. Quod etiam in his terminis fir- manuit Decius in consil. 552. Non debet euā vlo mo- do obstat, & si forte se dicatur, id in creditore lo- 47 cum non habere, cum possit & ipse habita fide de pretio vendere, l. eleganter, §. si vendiderit ff. de pigno. actio. ubi tradunt Dd. propterea quod id in credito- re vendente pignus sibi à debitore consignatū iure creditoris locum haber, ut habetur in l. a Diu Pio, §. Si vendiderit ff. de re iudic. & tradit Alex. in eadem l. §. sed si emptor, num. 9. & Ias. ibidem num. 6. Ratio autem est, quia in eo casu creditoris loco debitoris succedit: quod tunc non accidit, cum iussu & mandato iudicis venditur: tunc enim loco iudicis & executoris subrogatur, & ideo distrahere nisi praesenti pecu- nia non potest, ut notat idem Alex. ibidem, num. 2. & num. 5. & ibidem Angel num. 2. dum inquit, posse iudicem iterum vendere, cum pretium nō recipit, & Ias. ibidem, nn. 6. inquit, si quod ius oblatori que- situm est, in eo consistit, quod obligationi finis im- positus sit; non autem, ut si debitior soluere velit, non sequitur ei traditione, pretii solutione, & pi- gnoris distractione. Præterea aliud est, quod bona veridita sint fide de pretio habita, alind vero quod vendere promissum sit, mandatumque in instrumen- tum fieri. Comprobatur etiam ex eo, quod ut supra latius diximus: stante & appellatione ab ipsa senten- 48 tia, qua eius effectus tollitur, ius aliquod oblatori dici non potest, cum sententia & pronunciatum ex- 49 tinguitur, ut dixit gl. post tex. in d. l. in fi. ff. ad Turpilia. ubi notat etiam Bart. licet gl. ibi suspendi volue- rit, non autem tolli. Nam, ut prorsus tollatur verius est, actio & numque subsecuta sententia ex secun- da sententia confirmata oritur: non autem ex pri- ma confirmante, ut notatur in l. eos. in fi. C. de appella- 50 lat. Imo cum pendente & quoq; appellatione iu- ri offerendi locus sit, ut inquit Capic. in decis. 201. num. 7. certe multo magis pignoris reluendi esse debet, cum dominium adhuc apud ipsum debitorem extare dicatur: nam siquod dubium erat in Capic. decisio. inde fiebat, quod alii offerre volé- bant. Ex quibus omnibus, ut vendente appellatione debitum ad liberandum bona subhastata offerri possit, dubium non videtur.

## C A P. XXXII.

## A R G U M E N T U M.

An iudex vel debitor in sententia adiudicationis vel venditionis ius offerendi debitum reseruare aut facta reseruatione, à se debitam ad pignus liberandum vel hypothecam soluen- dam offerre debeat & possit.

## S V M M A R I A.

1. Index an debeat, vel posit in sententia adiudicatio- nis, vel venditionis ius offerendi debitum reserua- re; aut debitor nō facta tali reseruatione summam à se debitam ad liberandum pignus vel dissolu- dam hypothecam offerre.
2. Reseruationes ad iudicem non pertinent.
3. Index de eo tantum iudicare debet, quod sibi li- queret.
4. Argumentum ab absurdo.

- 5 Sententia in ea parte, in quo dicunt bona vendenda, sunt conformes: & debet intelligi, siue sint conformes in parte, siue in totum.
- 6 Sententia intelligitur approbata, cum ab ea non appellatur.
- 7 Appellationem qui non interponit, sententia consentre, & se ad parendum obligare videtur.
- 8 Creditor ius pignoris, quando remisisse videatur.
- 9 Contractus tacitus, quando idem efficiat quod expressus vi exceptionis.
- 10 Creditores proclamate citati si non contradicant, vindicentur ius pignoris remisisse.
- 11 Substantes obligantur plus offerentibus.
- 12 Offerendi termino elapo contractus inter substantem & oblatorem dicitur perfectus, ut nullus alius deinde admitti possit.
- 13 Offerendi facultas ad sententiam usq; permittitur, que in rem iudicatam transiuit.
- 14 Debitor non potest offerre debitum creditori post sententiam latam, que transiuit in rem iudicatam; nec postquam fuerunt adiudicata bona creditori, & factae estimationes.
- 15 Aestimationibus factis videtur dominium translatum.
- 16 Offerendi ius in actione iudicati locum non habet, nisi via purgationis mora.
- 17 Mora usque ad sententiam, & non ultra, purgari potest.
- 18 Ius offerendi, quando post decretum & sententiam.
- 19 Ius offerendi non est extinctum, etiam post sententiam, si fuerit ab ea appellatum.
- 20 Appellari non potest à sententia definitiva.
- 21 Aequitas nulla suadet, ut ius alicui questum ei auferatur.
- 22 Debitor vendere videtur, cum iudex vendit.
- 23 Creditor tacens debitorem volente cum fraude, sibi praividicat.
- 24 Citatio specialiter creditorum fieri debet; cum sunt certi.
- 25 Sententia disponens bona vendenda ius in bonis non tribuit, & quando id procedat.
- 26 Obligatio oriens à sententia obligat præcise.
- 27 Interesse quando soluere non possit obligatus ad fiducium.
- 28 Debitor citatus omne ius hypotheca amittit.
- 29 Ius mulieris creditricis non extinguitur per sententiam disponentem bona vendenda esse.
- 30 Offerendi ius, quod ex hypotheca oritur, ab hypotheca propria, non alterius emanat.
- 31 Creditor pignus, an possit offerre secundo.
- 32 Offerre, an possit debitor saltē ratione dominii.
- 33 Offerendi ius, quod dicitur, durante hypotheca creditoris debitori semper competere, debet intelligi, nisi alteri ea in re ius questum sit: & nisi possessionem seu dominium amiserit.
- 34 Decretum secundum, an dicatur ipsa venditio.
- 35 Decretum secundum sine causa cognitione interponi non potest: & quādō dicatur in terminis nostris.
- 36 Decretum secundum in terminis nostris, quando dicitur.
- 37 Arguerē a contrario sensu, in statutis permititur.
- 38 Pars vna statuti, aliam declarat.
- 39 Præcedentia in sequentia magis influunt.
- 40 Debitor semper potest satis facere creditori antequā bona sint translata in tertium oblatorem, & donec durat hypotheca creditoris.

- 41 Debitor vel tertius possessor, donec non efficiat, ad executionem venditionis, possunt debitum offerre & expensas, & bona liberare.
- 42 Tenutam contumac recuperare non potest, cum fit missio ex causa iudicati, etiam cum oblatione fideiussoris & sumptuum; sed solum vera sumptuum satisfactione.
- 43 Authen. ei qui, C. de bonis authori. iudic. possid. declarata.
- Præcedenti conclusioni satis conuenit hæc de qua nunc tractandum est. Fuit enim aliquando questum, an iudex t̄ in sententia adiudicationis ius offerendi creditum & summam debitam debitori reseruare debeat; vel saltē debitor non facta tali reseruatione offerre possit? Qua in re cum Doctorates varie sentiant, vnamquam sententiam prosequemur. Primam igitur quod non possint, tenuerunt quamplures. Nam cum debitor in iudicio interuenierit, potuit si credebat huiusmodi ius sibi competere, ante venditionē vel in solutum dationem debitum suum creditori offere: cum tales reseruationes ad iudicem non pertineant. De eo namque quod sibi liquet iudicare debet, l. hoc autem, §. non de facili, ff. ex quib. causis in posse catur. & l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. proconsul. & tradit Specul. in tit. de senten. prol. §. iuxta vers. sed ecce: & §. species. vers. & quid si iudex vbi tradit etiam Ioan. Andr. in additione vbi id quod dicit de iure offerendi, dicit etiam de aliis iuribus, si eorum reseruatio petatur. Quod sane arguendo ab absurdo satis probabiliter (ni fallor) cōfirmari potest: Nam si id aliter intelligamus, facilime accidere poterit, t̄ vt etiam aliquando accidit, vt venditor post ipas venditiones & adiudicationes pluribus fortasse mēsibus elapsis citatoque creditore vel eius hereditibus; nec non & emptore, vel eo quem ipse in emptoriē nominauerit, coram iudice ordinatio se premium cum expensis solutum offerat, ac etiam quicquid ulterius soluendum esset, vt bona vendita, vel emptore non reperto in solutum data liberet: ac etiam in creditoris contumacia depositū faciat emptore contradicente, creditore corā iudice primā appellationis citato, coram quo & à quo instrumentum venditionis dictorum bonorum venditorum faciendum erat, & obtineat in ipsius sententiæ executione, interesse venditionis dictorum bonorum sibi exponi. Quibus sic statibus debitor iudicium ordinarium moueat, & predictis expositis & narratis ius offerendi sibi competere declarari petet; & pretiū deponat, ac etiam bona ipsa ad se pertinuisse & pertinere sibi que ab emptore una cum fructibus à die facti depositi contra, dimittenda & relaxanda esse, non obstante dictavenditione post depositum facta: id quod quoniam absurdum videtur, ne accidat, quod iudex tale ius reseruare non debeat, nec possit, nec etiam debitor reseruatione nō facta offerre possit, dicendum est. Nam illa duæ sententiæ t̄ in ea parte, in qua s̄ dicunt bona esse vendenda, sunt conformes & iudicium faciūt ex forma statuti, id quod intelligendum est, siue sint cōformes in parte, siue in totum, pro ea parte, qual sunt conformes, vt inquit Decius & alii, quos ipse refert in consil. 385. Iudicatis autem statum est, l. i. C. de re iudic. vendēda ergo erant bona & ultima sententia t̄ fuit ab ipso debitore probata, cum ab ea non appellauerit: vnde sententia acquiesce videtur. l. ad solutionem, cum ibi nota-  
tis. C.

7 iū, C. de re iudic. & tradit Bart. in l. si qui separatim. §.  
 quod est rescriptum. in fī. ff. de appellat. & est tex. in l. ab eo.  
 C. quomodo & quando iudex per quem text. Bart. vt re-  
 fert Ias. in l. quod ius sit, num. 25. de re iudic. dixit, † eum  
 qui non appellat, sententiae consentire, & se quo-  
 dammodo ad parendum obligare censer, & ideo  
 quodam quasi contractū se astringere: Quo fit, vt  
 sine illius, cui vendit, sunt, voluntate & consensu,  
 à venditionis promissione recedi non possit, l. sicut,  
 8 C. de actio. & oblig. cum similib. Vnde etiā est, vt † cre-  
 ditor ius pignoris remisisse censeatur, l. si debitor. §. 1.  
 & l. sicut. §. si voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu-  
 lat. & l. creditor. ff. de re iudic. Nec quicquam referre  
 videtur, q̄od illa lex in contractū expresso loqua-  
 tur: quandoquidem † & in tacito ope exceptionis  
 idem est, l. 2. C. de remis. pgn. & habetur per Doctores in  
 l. si tibi. §. de pignore. ff. de paſt. Et Anton. Negifant. in  
 tract. de pigno. & hypothec. 3. memb. 6. partis. num. 48. Id  
 quod vendente iudice magis dicendum est,  
 9 vt est text. in l. si eo tempore, C. de remisio. pigno. vbi ex  
 tacito consensu creditores † citati proclamate non  
 contradicentes ius pignoris remisisse videtur? Mu-  
 lto igitur magis idem de specialiter citatis dicēdum  
 est, Secundo loco confirmatur hæc conclusio: quia  
 10 in huiusmodi licitationibus † bona sub hasta pro-  
 pónentes plus offerenti obligantur: elapsoq; offe-  
 rendi termino contractus † perfectus ita dicitur,  
 vt nullus deinde alius admitti possit, vt dixit Bart. in  
 l. licitatio, in princ. ff. de publice. & vctigal & in l. tempo-  
 ra, C. de fide instrum. & iure hastae fiscal. lib. 10. & id adeo  
 verum est, vt etiam ratione suæ hypothecæ quis-  
 quam admitti non debeat: propterea quod causam  
 vel amisisse, vel remisisse videtur, d. l. si eo tempore, &  
 11 supra latius dictum est. Putarū † tamen huiusmo-  
 di offerendi terminum ad sententiam vsque tan-  
 tum, quæ in iudicatu transiuit durare, vt notat Bal.  
 in confit. 1. volum. 1. Mouentur autem iis, quæ post re-  
 latos ab eo tradit Alexan. in d. l. si finita. §. Iulianus,  
 colum penult. in fin. ff. de danno infecto. dum vult magis  
 communem esse Docto. opinionem, vt post se-  
 cundum decretum reus debitum soluere procu-  
 rans & rem recuperare audiendus non sit: id quod  
 voluerunt etiam Canonistæ & præsertim Felin. in  
 cap. consultationibus, num. 7. extra de offic. deleg. Præ-  
 12 terea † pro hac opinione, quod debitor non pos-  
 sit debitum suum offerre creditori post latam sen-  
 tentiam, & bona adiudicata creditori facta que exti-  
 mationes, adducitur illud quod voluit Angel. in l.  
 vetustissimam, C. de iure domin. imper. dum ibi dicit,  
 ordine iudicario facta sit adiudicatio, ius offerendi  
 locum non habere, vt voluit etiam Bal. in l. prope-  
 randum, §. si autem reus, C. de indic. Ratio autem ea  
 13 videtur, quod factis † extimationibus, dominium  
 translatum videtur: & ideo cessat ius offerendi de-  
 bitum: Nam in † iudicari actione ius offerendi lo-  
 cum non habet, nisi via purgationis mora: Quæ  
 14 quidem mora † ad sententiam vsque, & non ultra,  
 purgari potest, vt notat Bal. in l. et si post tres, colum. 5.  
 ff. si quis cautioni. per text. in l. si maior, & in l. siue apud  
 acta, C. de transact. si vero aliqua lege alicubi vel statu-  
 to extimationes post sententiam infra aliquod  
 tempus fieri possint, sitque sententia verbis futuri  
 temporis concepta, vtputa bona danda vel adiudi-  
 canda esse pro extimatione facienda: tunc planie de-  
 bitum offerri poterit. Hoc enim casu, ex quo pre-  
 cium declaratum non est, dominium translatum

non censemur; & ideo quod iuri offerendi locus sit,  
 mirum non est, prout etiam videtur declarare Af-  
 filiæ. in decis. 187. num. 1. dum inquit, † ius offerendi 18  
 locum habere etiam post decretum & sententiam  
 visum esse, per ea qua dixit Bart. in l. si quis stipulatus  
 fuerit decem in mille. ff. de solutio. Dicitur enim ibi, si  
 quis sit condemnatus ad decem in tali fundo, quo  
 fit vt decem sint in obligatione, aliudue sit in exe-  
 cutione, id est super fundo ius soluedi post senten-  
 tiā, donec lis contestata non sit, super executionē  
 illius sententiae locum habere, vt voluit Bart. in l. si  
 stipulationes non dividuntur. in fī. car. vers. nono restat vi-  
 dire, ff. de verb. oblig. & ideo dixit Bald. in l. per hanc. C.  
 de temp. appell. ius offerendi † etiam post sententiam, 19  
 si ab illis quibus competit, appellatum fuerit, vt est  
 possidens, qui hypothecaria continebit, vt habe-  
 tur in l. mulier. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluat. ex  
 quibus (ni fallor) prima opinio fatis concludenter  
 comprobari videtur.

Pro clariori tamen huius conclusionis declara-  
 tione antequam ad aliam opinionem deueniamus,  
 nonnulla discutienda sunt, quæ ei repugnare viden-  
 tur: & primum, quod sententia secundi decreti &  
 sic ea, de qua agitur, interlocutoria sit, vt ait glos. in l.  
 presenti. §. 1. vers. vsque ad modum, C. de his, qui ad ecclē-  
 siam consueg. & Innoc. in c. dilecto, extra de verb. signific.  
 & tradunt Dd. in l. quod ius sit, ff. de re iudic. & Canoni-  
 sta in c. cum cessante, extra de appellat. & ideo a iudice  
 quandoq; reuocari poterat, vt voltur Scribe-  
 ntes in d. l. quod ius sit, & in d. l. si finita, §. sed si forte. ff. de da-  
 nno infecto. Ex quo igitur vim definitiæ habebat,  
 ab ea pars læsa prouocare debebat, & coram iudice  
 appellationis reuocationem prosequi: Quod cum  
 non fecerit, credere debebat illam sententiam con-  
 tra eum in iudicium transiutam esse, vt in his ter-  
 minis tradit Felin. in loco supra relato, & vltierius  
 inde eius tacitum cōsensam apparere, cum aliis, de  
 quibus supra diximus. Si vero appellari nō poterat,  
 & tunc iudex neque hoc, nec superiori casu inuitus  
 eā reuocare cogi poterat: quandoquidē non quic-  
 quid iudicis potestari committitur ipse facere te-  
 netur, l. non quicquid, ff. de re iudic. & ita inquit Ias.  
 post Dynum & Bart. in d. l. quod ius sit, num. 37. & seq.  
 Nec etiam villa æquitas † suadet, vt ius alicui quæ si-  
 tum ab eo sine eius facto auferatur, l. id quod nostrum  
 est. ff. de reg. iur. & tradit Bal. in l. si constante, vers. not.  
 quod quando ex contractu, C. de donat. ante nup. & Dec.  
 in conf. 107. col. 2. in fī. Accedat etiam, quod reuocatio  
 fieri posse non videtur, nisi quando causa ob quas  
 secundum decretum interpositum est, non subsi-  
 stunt, vt voluit Specul. in tit. de secun. decreto, §. nunc  
 dicamus, col. 10. & Felin. in loco supra citato. Aut vero  
 quando dolo vel fraude extortum est, l. quamvis. ff.  
 de reb. eor.

Præterea si obiciatur de facto iudicis, vt scilicet  
 factum iudicis † vendentis, factum debitoris cen-  
 seatur: & ideo quemadmodum post venditionem à  
 debitore præsente creditore factum, potest idē cre-  
 ditor suæ hypoth. iura pignus ab emptore auocare,

l. sicut, §. non videtur, vbi notat Bart. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. Pariter etiam creditorem post venditionem à iudice se præsente factam rem venditam ab emptore auocare, & ideo id ei nondum secuta venditione & traditione, sed sententia tantum de vendorido multo magis licere. d.l. sicut, §. si voluntate, vbi tradit Bart. Dicitur enim ibi non sequito effectu creditoris consensum nihil efficere, vel operari. Ad hanc quoque obiectionem casus esse satis diuersos responsum fuit, & ideo illationem faciendam non esse, vulgata l. Papinianus exuli, ff. de mino. De diuersitate autem casuum prædictorum, diuersaque eorum iuris dispositione, satis constare ex d. §. non videtur, & ex d.l. si eo tempore, C. derenuncia. pigno. quas quidem leges Sribentes distinguendo hunc in modum concordant. Aut enim, dicunt ipsi, 23 † debitore præsente creditor staudulenter tacuit, & tunc sibi præjudicat. l. sicut sine, C. ad Senatus cons. Velle. & l. si mulier, C. de distract. pign. Aut vero creditor tacuit sine fraude: & tunc sibi non præjudicat, vt habetur in d. §. non videtur. nisi iudex de hoc proclamari ac publicari iurauerit, d.l. si eo tempore, & id eo magis, si creditor specialiter citatus fuerit, locū 24 habere debet, & eius taciturnitas ei obesse. † Illa autem specialis citatio, cum creditores sunt certi, vt eis præjudicetur, necessaria est, vt notat Bart, in d. l. si eo tempore. Hanc eandem distinctionem refert & sequitur Negus. in suo tract. de pignor. & hypothec. in 3. membro 6. partis, num. 35. Nec videtur repugnare tex. in d. §. si voluntate: quia dicimus in hoc casu venditionis effectum sequutum esse: et si ante depositum à debitore factum sequutus non sit. Eius namque consensus à te iudicata proueniens vlo tempore limitatus non fuit: & ideo potuit venditio quandounque expediri, d.l. sicut, §. si debtor vendiderit. tum etiam quia, vt supra dictum est, consensus à debitor reuocari non potest.

25 Quatenus etiam obiiceretur, † sententiam qua dicitur bona esse vendēda, ius non tribuere, sed ad factum tantum obligare, cum vendere sit quid facti, l. consilio, in ff. de curat. furio. eamque obligacionem solutione dissolui, l. si quis ab alio, ff. de re iudic. & in l. stipulationes non dividuntur, vers. Celsus. ff. de verbo. oblig. Respondetur, quod quando prædicta vera es- 26 sent, ea tamen quando † obligatio ad factum ex sententia oritur, locum non habere, cum sententia præcise obliget, vt notat glos. in l. qui restituere, magna. ff. de re vend. & tradit Ias. post alios, in consil. vi. num. io. volum. i. Præterea quando etiam quis ad factum 27 condemnatus, † interesse etiam post sententiam, quando unum est in obligatione, aliud in solutione ex legali dispositione soluere posset, vt esse videatur in terminis nostris, per ea quæ notant Bart. & Dd. in d.l. stipulationes non dividuntur, quest. 9. vers. sed iuxta prædicta. & tradit Negus. in 3. membro, 5. par. num. 9. Attamen replicari potest, prædicta non procedere, cum quis iudicati actione conuenitur: Quandoquidem postea super ea actione nemo ad soluendum interesse admitti debet, sed ad factum præcise, vt ex prædictis in locis relatis apparet, quilibet teneri. Quod autem debitor ex actis supra narratis conueniatur, inde patet, quod dicitur sententiarum obtentarum super tenuta & præceptis vi, dicta bona vendi & emptore non reperio in solutum dari, petitum esse: Qui quidem exequedi modus traditur in d.l. à Diuo Pio, §. si pignora. ff. de re iudic.

& in l.ordo. C. de executio. rei iudic. cum aliis multis similib. ad quæ breuitatis causa, quia satis clara sunt, me refero. Si vero etiā fortasse obiciatur, sententiam de qua agimus, mandatēm bona esse vendenda, hypothecam non extinguerere, quam debitor habet in bonis vendendis, casu quo sequatur euictio; & id vi generalis hypothecæ obseruandi promissa à venditore, vt notat Bart. in l. si filius familias, §. si ff. sol. matr. & Negus. in 2. membro dicta partis, num. 33. & seq. & ideo durat adhuc ius offerendi, cū huiusmodi ius ab hypotheca oriatur, & eodem tempore duret & viuat, l. cum notissimi. §. sed cum illud, & sequen. C. de prescrip. & tradit Bal. in cons. 84. premittendum est, vol. 28. 3. Respondetur † debitorem, quicquid iuris habebat, si quod tamen habebat, amiserit: cum fuerit citatus & præsens eo tempore, quo bona venderentur, iusque suum prosecutus non sit, d.l. si eo tempore. Et ideo dicitur ius offerendi cessare, si quod debitori tanquam secundo creditori constaret: si vero dicatur in hoc vim non consistere, sed in eo q. ius † hypothecæ mulieris vel alterius creditoris, ea sententia, qua mandatur & dicitur bona vendēda esse, non extinguatur, vt probatur ex iis, quæ supra deduximus ob id, quod durante hypotheca debitor semper creditori satisfacere potest: Respōdetur ex hoc inferri, † ius offerendi ab hypotheca emanans 30 apud ipsam esse mulierem seu creditorem, non autem apud debitorem mulieris vel alterius creditoris: Nam ius offerendi ab hypotheca oriens, à propria, non alterius hypotheca ortum habet. l. null, C. de solutio. Id quod patet ex ea quæstione, an † pri- 31 mus creditor secundo offerre possit, de qua tradit Salic. in d.l. cum notissimi, §. eodem iure, C. de prescrip. 30. ann. & Negus. in 3. memb. 5. partis. num. 34. & seq. dum concludunt, primum creditorem simplicem esse creditorem, & sine hypotheca nullam habere actionem, cui cohæret ius offerendi, d.l. null. Vnde etiam patet, ius offerendi ex hypotheca emanans non ab alterius, sed à propria emanare. Nam si ex alterius hypotheca oriretur, primus creditor hypothecam non haberet, sed posse vi secundi creditoris offerre, & de hoc est tex. in l. mulier. ff. qui potio. in pign. hab. & in l. Paulus, §. i. C. quib. mod. pign. vel hypo. solua. Præterea eadem ratione, qua creditores citati non admittuntur, vt habetur in d.l. si eo tempo- 32 re, eadem & forte maiori possessores citati & ius suum non prosequentes, admitti non debent, & præsertim cum tex. in d.l. si eo tempore, generaliter loquatur: & ideo vt in creditoribus citatis, siue possidentibus, siue nō possidentibus, locum habeat, dicendum est, cum lex non distinguat. Nec † dicatur sal- tem ratione dominii debitorem offerre posse: quia cum passus sit secundum decretum, videtur bona super quibus secundum decretum passus est, pro derelicto habuisse, d.l. si finita, §. non autem statim. ff. de damno infecto. & notat gl. in l. Pratoris, in princ. in verbo capere, eod. til. & ibi tradit Alex. post Bar. in l. 2. in princ. ff. si ex vox alia causa aga. Rei autem, quam quis pro derelicto habet, dominus statim esse definit: etiam quod ab alio non occupetur, §. penult. Instit. de rer. diuisio. & l. i. & 2. ff. pro derelict. Illud igitur, † q. 33 dicitur creditoris hypotheca durante debitorem semper offerre posse & creditori satisfacere, nisi alteri ea in re ius sit quæsitum, intelligendum est nisi possessionem, seu dominium amiserit, vt supra dictum est: quandoquidem tunc cum nec hypothecam,

eam, nec possessionem, nec dominium habeat, ex quo nihil habet, cui adhærere possit, cellat ipsum ius offerendi, d.l. null. & ideo offerre non potest. Præterea etiam quod soluere non possit, dicendum est: nam debitor, qui rem (vt supra diximus) pro derelicto habet, eamque recuperare procurat, vt soluere velit dicendum non est, sed potius vt emere velit; sed quis vendere non cogitur. l. nec emere, C. de 34. in re liber. cum similibus. Ergo? Nec verum est, + secundum decretum ipsam venditionem esse: quia certum est secundum decretum sine + cause cognitione, hoc est sine partis citatione, vel presentia interponi non posse, l. dies cautionis, §. si forte ff. de dam. infecto, & declarat Bart. in d.l. si finita, §. Julianus, col. 5. vers. quero, qualiter & Bal. in l. 2. num. 4. ff. si ex noxali causa aga & Specul. in tit. de secun. decreto, §. nunc dicamus, in princ. Secundum autem decretum in terminis, de quibus agimus eam iudicis sententiam esse videtur, qua bona vendi iubet, vel vendēda esse dicitur, l. Fulcinus, §. i. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. & l. cum proponas, C. de bon. author. iudic. possid. & tradit Bart. in d. §. Julianus. circa finem. vbi ponit alias secundi decreti formas, & presupponit hæc yti clara, Abb. in c. consultationibus, extra de offic. deleg. & Spec. in tit. de decreto. §. nunc videamus, colum. 8. vers. forma ab isto die in antea, expresse dicit, secūdum decretum 35. + tunc esse, cum dicitur, concedo ex secundo decreto, vt bona illius vendere possis. Vnde manifeste appetat, aliud esse secundū decretum, aliud venditionem: sicut enim quando Prætor bona possideri iubet, secundū decretum interpositū esse dicitur: ita etiā quando vendi iubet, secundum decretum interpositum esse dicendum est, d.l. Fulcin. in princ. Præterea etiam sicut executio illius decreti, bona possideri iubeo, manu sit militari, nuncio eum in possessionem inducente, pro quo secundum decretum interpositum est; ita & executio illius decreti, bona vendi iubeo, ipsa venditione fit, vt inquit Speculat. in loco supra relato & licet Speculator forma executionis illius decreti, bona vendi iubeo, non prosequatur: sed illius tantum bona possideri iubeo alia tamen quam ipsa venditio esse non potest. Quod sane ex eo patet, quod verba decreti ita concepta sunt: & ita arguit Bar. in d. §. Julianus, in fin. Si igitur secundum decretum est ipsa iudicis sententia, non autem venditio, consequens est, vt Doctoris secundum decretum, ipsam sententiam esse intellexerint: dum dicunt, reum post secundum decretum venientem audiendum non esse, vt appareret ex d.l. si finita. §. postea ff. de dam. infect. Dum ibi habetur, quod postquam quis possidere iussus est, reus veniens non admittitur. Nec etiam dubium est, illa verba possidere iussus est, iudicis sententiam denotare, non autem iudicis executionem, vt supra declaratum fuit, id quod voluerunt etiā Ang. & Imola ibi, dum summando illum §. postea dicunt, post secundum decretum moram purgari non posse. & videtur cōfirmari ex iis, quæ subdit Imola, ibi reum venientem infra biennium post secundum decretum non ante, dummodo tempus ad appellandum concessum lapsum sit: non autem dicit, dummodo facta sit venditio. Idem præterea voluit Felin. in d. c. consultationibus, colum. 2. dum inquit, communem esse conclusionem, vt in secundo decreto reus revertens non audiatur. & quamvis Alex. in d. §. Julianus, col. penult. & fin. dicat, reum post venditionem

venientem audiendum non esse: & idem voluerit Decius in cons. 558. & alii quamplures: attamen non dicunt, reum ante vēditionem venientem, post ram sententiam de vendendo audiendum esse. Nec eos ita sensisse credendum est, cum ad eorum sententiam confirmandam dictum §. postea deducant. Vbi habetur q̄ reus veniens, posteaquam quis possidere passus est, & sic post sententiam nō auditur: nam satis notum est, dicta Doctorum iuxta eas leges, quas adducut, intelligenda esse, vt inquit Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. legat. Credendū igitur est, eos ita loquitos fuisse: quia verū est, reos post venditionem venientes etiam post sententiam venire: non autem q̄ eos audiendos esse censuerint, qui post sententiam, ante tamen venditionem venerint: quandoquidem si eo modo intelligerentur, contra legem quam ipsi deduxerunt, eos loqui contingere. Vnde Alex. in fine illius quæstionis, se ipsum declarando concludit, sententię decreti viam definitiū habentis standum esse, per tex. in l. 1. C. de re iudic. & sic cum ipso §. postea concordat, dicta sententiae standum esse sentiens, reumq; post dictam sententiam audiendum non esse, dummodo tempus ad appellandum concessum lapsum sit; & sat. ex eo patet, quia statim ad suam conclusionem confirmandam, vt supra diximus, adducit tex. in d.l. 1. C. de re iudic. Nec prædictis etiam obstaret, si fortasse alicubi extaret statutum disponens, vt quicunque præter debitorem in bonis in solutū datis vel venditis ius habens post tales dationes in solutum, vel venditionem infra annum ad prosequendum ius suum veniens audiatur, & ei ius sit salutis; non obstante datione illa in solutum vel vēditione, cuius statuti dispositione ipsum debitorem etiā post venditionem infra annum tantum audiendum esse videtur. Quia respondetur, dictum statutum ita disponens in veniente infra annum, si veniens sit specialiter citatus vel præsens in iudicio, vel nullum ius in bonis prætendere valens locum non habere: quandoquidem excluditur ex mente eiusdem statuti dicentis: & nihilominus si non comparuerit intra quoddam tempus constitutum, nullum præiudiciū ei fiat in termino ad hoc a statuto constituto: Innuit enim huiusmodi statutum, vt in tempore constituto præiudicium eis fiat. Licitum + est 37 enim in statutis, à contrario sensu arguere, vbiunque ob id iuris communis correctio non inducitur, prout in terminis nostris non induci certum est, vt dicunt Doctor. in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. & præsertim cum inconveniens non sit, vt pars + vna statuti alteram declaret, l. qui filiabus, 38 in princ. ff. de leg. 1. argumento. l. Prætor, §. eritque differentia, ff. vi bon. rap. & voluit Socin. senior in consilio 243. in fin. volum. 2. & id maxime parti præcedenti conuenire dicendum est, cum præcedentia + in sequentibus magis influant, quam econtra l. quisquis. ff. de leg. 3. & notat gl. quam sequitur Bar. in l. filium, in princip. ff. quando dies legati cedat. & Bar. iterum in l. auia, colum. 1. ff. de condit. & demonstr. Præterea videatur statutum illud de absente intelligendum esse, non autem de specialiter citato vel presente. Hoc namque modo intelligendo, minus lèdetur ius commune, quod præsentibus & specialiter citatis præiudicat, vt supra dictum est. Accedit etiam quod statutum generaliter loquens, ita intelligi debet, vt ius commune quam minimum fieri potest

lædatur, etiam si verba impropriare opus sit, c. cum  
dilectus, extra de consuetud. & l. 2. C. de noxalib. & no-  
tatur in l. si. §. in computatione, C. de iure deliber. & tra-  
dit Alex. in consil. 19. colum. 3. in princ. & in consil. 140.  
col. 2. volum. 1. & Decius post alios, quos ibi refert, in  
consil. 444. num. 15.

Contraria vero opinionem tanquam æquio-  
rem amplexi sunt aduocati Floréntini, † ob id quod  
talis sententiæ executio in contractu ipsius vendi-  
tionis perficiatur, qui sane adjudicationis instar ha-  
bet: & ideo antequam bona in tertium oblatorem  
transferantur, & donec debitoris hypotheca per-  
durat, videtur debitor semper creditori satisfacere  
41 posse, & donec † ad venditionis executionem de-  
uenientum non est, videtur esse in facultate debitoris  
tertiue possessoris interesse habentis debitum &  
expensas offerre, bonaque liberare, l. Paulus, ff. qui-  
bus mod. pign. vel hypothec. soluat. & voluit Speculat. in  
tit. de oblig. & solut. §. 1. vers. quid si T. mihi obligatus, nu-  
mero 39. dum inquit, si aliquis sit obligatus actione  
hypothecaria, & creditori domus adjudicata sit pi-  
gnoris causa: nec in sententia adjudicationis di-  
ctum sit, debitorem offerre posse, & sic in senten-  
tia ius offerenti reseruatum non sit, an postmodum  
offerre possit? Concludit posse, quo usque in actio-  
ne iudicati iudicium suscipiat, per text. in l. item ve-  
niunt, §. idem recte, ff. de perito. heredit. & ea ratione  
mouetur, quod quilibet possessor debitum offerre  
vique ad dictum tempus possit, l. Sempronius, §. 1. ff.  
quibus mod. pigno. vel hypothec. soluat. Hoc argumen-  
tum à dictis Speculat. sumptum ( ni fallor ) potius  
conclusionem præcedentem confirmat, quam quod  
eam reprobet, aut destruat: cum ex eo inferatur,  
debitori quo usque iudicium suscipiatur, oblationem  
inferendam esse. Nam in casu proposito, vt  
ex supra relatis apparet, non solum iudicium cœ-  
ptum fuisse præsupponitur, sed etiam sententiam  
condemnatoriam præcessisse: & ideo, vt dixi, hoc  
argumentum in contrarium retorqueri posse vi-  
detur.

Vérum ad vñteriora procedendo omittendum  
non est, pro hac opinione adduci etiam corsueu-  
se illud, quod dixit Bald. in l. properandum, §. finau-  
tem reus, num. 3. C. de iudic. dum inquit in vers. nec si re-  
42 uersus, notandum esse, quod vbi sit missio † ex cau-  
sa iudicati contumax tenutam oblatione fideiussi-  
ris ac sumptuum recuperare non potest, sed vera  
solum debiti satisfactione, si res in tenutam pro pecunia  
accipiatur, seu alia qua uis re. Verum si p[ro]o  
ipsamet re, ob id quod pro ipsamet re petita facta  
est executio, & tunc talis tenuta, seu bona concessa  
& tunc irrecuperabilis sit ipsa tenuta, vt est tex. in d.  
l. si properandum, §. fin autem reus, vbi tradit gl. & in l. is,  
cui §. Imperator. & in d. l. si pecunia, ff. vt in possess. legat.  
& l. cum quiff. de privileg. credit. Vnde dicit, non ob-  
43 stare text. in d. authen. † ei qui. C. de bonis authorit. iu-  
dic. pg. 51. Quia ibi ante sententiam definitiū am-  
missio facta erat, præceptum vim definitiū ha-  
bens: quo sit vt debitum liquidum non esset, &  
ideo satisfactionem admittendam esse. Vérum si  
missio post sententiam facta sit, quo sit vt debitum  
sit certum, aliter dicendum esse: & ad hoc dicit fa-  
cere text. in l. statu liber. rationem, ff. de statu liber. vbi  
tradit Iacob. de Arena. & in cap. ex parte, in primore re-  
sponsu, extra de verborum significat. & ideo dixit Iacob.  
de Arena dictam authen. ei, qui tunc locum habe-

re, cum quis propter contumaciam non venien-  
tis in possessionem mittitur; si vero quis propter  
contumaciam non soluentis in possessionem mitti-  
tur, procedere text. in d. l. properandum, §. fin autem  
reus, & alia leges, de quibus supra dictum est. & idem te-  
net Cynus & Bart. Sed ad hoc videtur ex supradi-  
ctis responsum.

Concludendum igitur in tanta opinionum am-  
biguitate, hanc secundam opinionem in practica  
semper obtinuisse, & ideo quo usq; contractus ven-  
ditionis celebratus & perfectus non sit, debitorem  
& offerre & bona liberare posse, vt supra latius di-  
ctum est.

### C A P. XXXIII.

#### Argumentum est in Summario.

##### S V M M A R I V M.

- 1 Proclama seu bannum in locis consuetis publicari de-  
bet.

**Q**uoniam vbi cunque bona debitoris vendun-  
tur, vt ad omnium creditorum notitiam per-  
ueniat necesse est, ideo publicis edictis ac procla-  
mationibus vulgari oportet. Quęt quidem procla-  
mationes & banna in locis cōfuetis & solitis emit-  
ti debent ac publicari, vt inquit Thom. Grammat.  
in decis. 47. num. 9. & voluit Cardin. Alexandrinus in  
c. fi. 16. distinct. & est tex. in l. 3. C. de legib.

### C A P. XXXIV.

##### A R G V M E N T U M.

Officia publicorum præconum  
quæ sint & quo pacto fungantur.

##### S V M M A R I A.

- 1 Proclamationes sunt à præconibus ad id deputatis.  
2 Præconibus, nunciusque publicis ratione officii magis  
creditur, quam iudicibus, & quibus cunq; aliis.  
3 Præconia, seu edicta publica & preserim p[ro]enanam cō-  
tinentia mittere non potest, nisi sit publicus præco,  
vel nuncius: & si mittantur, illis standum non est.  
4 Iurisdictionem suam excedens punitur, & id quod fa-  
ctum est, pro non facto habetur.  
5 Præconii, seu editi antiqui forma ad inuenienda ho-  
micidia, & alia huiusmodi facinora.  
6 Vestem auream induebat Prætor sacra peragens, qua  
veste vtuntur etiam nostra atatis sacerdotes.

**C**oncernit præcedenti capiti, in quo diximus  
præconia & edicta in locis publicis ferenda es-  
se, illud quod dixit Augustinus Berous in consil. 163.  
num. 3. vol. 3. eadem tam ex dispositione iuris com-  
munis, quam ex consuetudine inoleuisse, † vt ab iis  
qui ad huiusmodi officiū ad scripti & deputati sunt,  
ferantur, vt sunt præcories & nuncii publici, non ab  
aliis. Quod autem id à iure communi introductum  
sit, inde apparet, quod proclamata & edicta à publi-  
cis præconibus ferantur: Officii enim, † ad quod  
deputantur ratione, eis magis creditur quam iudi-  
cibus, aliisue quibuslibet personis, vt habetur in c.  
cum parati, vbi late tradit Abbas, extra de appell. &  
c. ad audientiam, vbi iterum Abbas & alii, extra de  
prescript. & l. ea quidem, vbi glos. & Dd. C. de accusat. Et  
ideo † si non sit publicus præco seu nuncius ad id  
deputatus, proclamata seu edicta ferre non potest,  
& ea

- & ea præsertim quæ pœnam continent: & si fortasse ferant, eis ob defectum officii & iurisdictionis standum non est, vt dicunt communiter Doctores post gl. in *versic. citationes*, in c. *quoniam contra*, extra de *probat*. & facit optimet *tex. in l. fi. C. si à non compet. iudi.*
- 4 & in l. 2. & in l. eos, C. de modo multan. † vbi excedens suam iurisdictionem punitur: & id quod factum est pro non facto habetur. Preterea quod à publico præcone ferri debeant, ostendit Appianus Alexandrinus de ciuilibus Romanorum bellis, lib. 1. pag. 15.
- 5 dum ait: Hac † ex causa Asellium prætorem sacra peragentem sacerdotemque & ueste † aurea, vt in
- 6 sacris mos fuit assidetem horam circiter secundam fori medio interemere. Senatus per preconem statim annunciarci iubet, si quis Aselli interfectorum publicaret libero quidem argentum seruo libertatem conscientiam polliceri, hec edicti forma hodie etiam in delictis enormibus obseruantur.

## C A P. XXXV.

### A R G V M E N T U M .

Proclama generale in subhastatione venditionis vbiq; sunt certi creditores an sufficiat.

### S V M M A R I A .

- 1 Proclama generale, quod quicunque debet recipere ab ipso debitore cuius bona subhastantur, vel in solutum dantur, non sufficit, vbiq; sunt certi creditores.
- 2 Proclama generale non sufficit, quando vasalli sunt certi: quia debent nominatim citari: quod procedit, etiam si facile certi reddi possunt.
- 3 Citatio nominatim, quando fieri debeat.
- 4 Proclama vt noceat, specialiter fieri debet.
- 5 Possessor, de cuius praetudicio agitur, nominatim citandus est.
- 6 Creditores certi in confectione inuentarii, nominatim citari debent.
- 7 Statutum disponens agnatos proximiiores, citandos esse, de speciali citatione intelligendum est.
- 8 Citari debet specialiter & nominatim persona certa quæ interesse prætendit.
- 9 Edictum, quo vasalli ad inuestituram accipiendam venire iubentur, an arcte eos, qui certi sunt.
- 10 Decretum & proclamationes non praedicant eis, quos ille qui ferri curat, sciebat ius habere.
- 11 Citari in specie debet etiam incertus, quando certus facile reddi potest.
- 12 Statutum disponens generaliter, vt qui habet ius in bonis, vel ea defendere vult, compareat intra tempus deputatum: intelligitur, restringitur ac distinguatur secundum ius commune, ne quis indebit damnum patiatur.
- 13 Praconis vox paucis innoteat.
- 14 Possessionis commodum maximum est.
- 15 Possessor alterius ingressu, an sua possessione priuetur.
- 16 Possessorem citare generali proclamate non sufficit.
- 17 Citandi sunt specialiter illi, quos negocium principali tangit.
- 18 Debitores cum sunt certi aliqua probabili certitudine, proclama generale vel bannum non sufficit.

Certum est in ipsis adiudicationibus se ut tenuis citationes precedere debere: merito an ge-

neralis publicis proclamationibus vel edictis sufficiat, quærendum est, vel specialis requiratur. Hac in re paucis agendo, † proclama generale seu generale edictum non sufficere, dicendum est, utputa si fortasse hoc modo promulgetur: Quicunq; qui aliquid ab eo debitore, cuius bona venduntur, vel in solutum dantur, aliquid prætendit vel recipere debet in iudicium, vbi petitio porrecta est comparat: Nam si forte sint certi creditores, proclama † seu edictum generale nō sufficit: Exemplum posuit Rolandus à Valle in consil. 64. num. 14. volum. 1. in vasallis inquietis, vbi certi sunt vasalli, eos nominatim citare & portere, † Id quod adeo verum est, vt etiam si non sint certi locum habeat, dummodo facile vel inuestituratum libris, vel alio quouis modo certi reddi possint, vt voluit Cardin. in consil. 76. colum. 1. & sequen. & in consil. 154. quem sequitur Ruin. in consil. 1. colum. 2. volum. 1. & in consil. 63. numero 24. volum. 5. & Felin. quem Ruin. non refert, in c. 2. colum. 6. versic. & possent ista, extra de constitutio. & rursus idem voluit Roland. à Valle in consil. 72. numero 12. volum. 3. dum expresse vult, † proclamata, seu edicta publica, vt aliis officiant opus esse, vt ille qui aliquem citari intendit, & ei ius competere scit, vel ius aliquod prætendere, ipsum specialiter & nominatim non citati procuret: alioquin specialiter & nominatim non citatis præindictum aliquod huius generalis proclamatatis vel edicti citatione non inferri, vt voluit Bald. in l. finali, C. de edicto Diui Adrian. tollen. & Petrus Anchar. in cap. fin. de electio. in sexto. Quos sequitur Socin. in consil. 16. numero 10. volum. 4. inquietis, possessorum, † de cuius præjudicio agitur, nominatim citandum esse, alioquin generalem citationem non sufficere, vt voluit Bartol. & sequuntur alii. in l. fin. C. de iure deliber. dum inferunt ad inuestarii confectionem: volunt que vt si creditores sint † certi, nominatim citandi fint, vt ibidem communem esse Doctorum opinionem attestatur Alexan. in princip. d. l. colum penul. quam sequitur Decius in consil. 251. columna penultima, in fin. cum principio sequentis, & in consil. 633. column. 2. & Aymon Crauet. in consil. 225. colum. 1. in fin. & idem firmasse attestatur Rolandus in consil. 18. num. 16. & in consil. 73. num. 23. volum. 2. & Angel. in consil. 202. vbi concludit, † statutum disponens proximiiores agnatos citandos esse, de speciali citatione intelligi debere: non de generali, vt est illa, quæ proclamatibus & edictis fit. Idem præterea est de iure communi, si citandus † est certus & interesse prætendit, l. prima, §. denunciari, ff. de ventre inspiciens. Quandoquidem, vt ipse ait, cum res aliquos singulariter attingit, eos specialiter & nominatim citandos esse certum est, l. qui fundum ff. de seruit. rust. præd. & cap. cognoscentes, exrra de constitut. & sequitur Alex. in consil. 107. colum. 1. in fin. volum. 5. & Cardin. in consil. 74. column. penult. vbi vult, vt † edictum quo vasalli ad inuestituram accipiendam intra aliquod tempus sub priuationis pœna venire iubentur: eos qui certi sunt, non arctare, nec comprehendere. Et rursus voluit Alexan. in consil. 128. colum. fin. id quod memoria mandandum censuit Felin. in cap. 2. col. 6. extra de constitut. propterea quod eiusmodi dicto plura edicta infringi posse existimauit, prout idem quoque voluit Ruin. in consil. 34. colum. 1. volum. 4. & Paris. in consil. 161. num. 127. volum. 1. & in consil. 31. num. 29. volum. 4. & iterum Ruin. in consil. 24. num. 3.

volum. 4. & in consil. 17. num. 5. volum. 5. & in consil. 1. num. 3. volum. 1. & iterum Felin. in c. ex parte Decani, colum. 13. extra de re script. & rursus Paris. in consil. 31. num. 29. volum. 4. & in consil. 101. num. 127. vers. minus etiam, volum. 1. & Roman. in consil. 53. circa finem, & Plotus in Indice ad l. si quando, in rub. de bonis ponendis ad gridam, in verbo, decretum, & gridæ non prædicti iudicant illis. Vbi expresse vult, † decretum, editū seu proclamationes & gridas eis præiudicium non afferre, quos prædicta procurans ius in bonis habere sciebat, vel saltem prætendere, aut prætendere posse, propterea quod tales in specie & nominatim, non autem publicis edictis, aut proclamationibus citandi sunt: Quinimo † & illud addiderunt, incertum etiam quemlibet specialiter & nominatim citandum esse, quia facile certus reddi potest, vt dixit Petrus Ancharan. in d. c. fin. & Alex. in d. consil. 5. col. 1. Vbi etiam ad statutum infert, † quo disponitur, vt cum proceditur ad ipsam in solutum dationem, satis sit, si citatio generali proclamatione vel edicto fiat, utputa exempli gratia si dicatur: Quisquis ius habet in bonis, & ea defendere vult infra tempus aliquod, puta decem dierum, comparat: Nam huiusmodi statutum intelligendum, restringendum, seu distinguendum secundum ius commune arbitratur: ne scilicet indebite quis damnum patiatur, l. 2. C. de noxal. att. & sic quo ad eos, qui in re ius habent, cū facilime ignorari possint, intelligendum est: Non autem quo ad possessores, quorum scientia facilime haberi potest, ab iis qui eam perquirunt: alioquin illud consequeretur, vt cum † vox præconis paucis innotescat, vt habetur in authen. qui semel, C. quomodo & quando index. saepe possessores damnum indebite paterentur, & à sua possessione excluderentur, cuius quidem commodum † maximum est, vt inquit Felin. in d. cap. 2. colum. 6. in fin. vers. imo fortius; & Ruin. in d. consil. 24. colum. 1. & in consil. 17. num. 5. volum. 5. & Paris. in d. consil. 101. num. 129. in eis inquit cessare proclamationes publicae edicta, in quibus proclamationum & edictorum causæ cessare noscuntur. Hanc præterea conclusionem firmavit Bart. in consil. 91. in questione, in curia Capitanei, num. 5. vbi de possessione loquitur, & querit, † an possessor alterius in possessionem ingressus sua possessione priuetur? Et concludit non priuari per tex. in l. index, C. commina. & epifto. & in l. fin. C. si per vim, vel alio modo. Nec prædictis obstat arbitratur, quod possessor † proclamate, publicoue edicto citatus sit, propterea quod huiusmodi citatio satis non est, † sed specialiter & nominatim eos, quos negocium principaliter attingit, citandos esse, l. prima, §. penult. ff. de ventre inscripten. Nec etiam refert, si dicatur possessionem ingredientem alium possidere ignorare, propterea quod Bartol. ibidem respondet, præsumptionem contra eum extare, vt scilicet non ignorauerit, imo sciuerit, cum in actis primæ causæ positum & confessum est, eum possidere, publicam vocem & famam extare: & tamen glos. inquit ei denunciatum & dictum fuisse: & ideo quod publica vox & fama non sufficiat, dicendum est, l. si tutor. C. de pericul. tutor. vbi dum glos. dicit, vel publice sciebat. Facit præterea ad hoc tex. in l. regula, §. sed facti, ff. de iur. & facti ignor. & ideo ex his dictis Bart. colligi videtur, † vbi creditores aliqua probabili certitudine certi sunt, generales proclamationes, seu generalia edicta

non sufficere: sed specialiter ac nominatim citandos esse. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Ang. in consil. 289. num. 2. etiamsi statutum aliquod de banno vel proclamate loquatur, vt declarat etiam Paul. Castren. in auth. si omnes, num. 6. C. vt se ab hered. abstin.

## C A P. XXXVI.

## Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- 1 Citatio generalis per proclama vel edictum an sufficiat in terminus l. diffamari, C. de ingenu. manu.
- 2 Citatio generalis ex causa, quomodo & quando sufficiat.
- 3 Citatio generalis habet locum, quando in specie non habetur notitia omnium interesse prætendentium.

**F**uit etiam aliquando dubitatum, an in terminis l. diffamari, C. de inge. manu. citatio † illa generalis per proclama vel edictum sufficiat: utputa si fortasse quispiam diffamet, possit ille, qui diffamacionem pastus est ob illam particularem diffamacionem generale iudicium contra quoscunque diffamantes instituere, vel in aliqua re ius prætendentis intentando remedium d. l. diffamari? & id fieri posse voluerunt Bald. & Salicet. in authen. si quis ab aliquo, C. de testilis. & ideo dicunt cautelam esse, qua quis possit omnes interesse prætendententes citari curare, & ad agendum compellere. Modus autem id faciendi est huiusmodi: vt scilicet aliquis submittatur, qui ipsum super ipsa re diffamet: Nam stante huiusmodi diffamatione, poterit (vt ipsi dicunt) generale iudicium contra omnes diffamantes instituere, & eos generaliter per proclama vel edictum citare, vt voluit etiam Natta in repetitione clement. sepe, in princip. colum. 35. de verborum significatio. & tradit etiam Bartol. Blarer. in c. 6. num. 83. cum sequen. late.

Contrarium vero opinionem tenuit Cagnol. in d. l. diffamari, num. 14. vers. ego oppositum verius. C. de ingenu. manu. & mouetur, quia remedium d. l. non datur, nisi contra diffamantem: & ex consequenti contra alios non datur, cum factum vnius alteri illud præiudicium afferre non debeat, vt inuitus contra iuris regulas agere compellatur, argument. si vnu. §. ante omnia ff. de paci. & prælertim cum hominum machinationibus & malitiis obuiam eundum sit, l. in fundo, ff. de rei vendic. & l. vnicu. C. de senten. qua pro eo, quod interest, profer. Hanc opinionem, vt generale proclama seu edictum concedendum non sit contra non diffamantes, firmavit Roman. in consil. 73. & communiter à Doctoribus approbatur. Limitatur † tamen ea conclusio ex causa: quod quodquidem accedente causa etiam generale proclama seu edictum sufficiet. Exemplum afferunt Doct. vt refert eodem in loco Cagnolus in scholare iam doctorato, & sic perfecto negocio, quod vt extra patriam suam degeret, in causa erat. Idem quoque de potestate vel magistratu dicendum est: nam cum ille ex studio, hi vero completo officio ē loco, vbi illud exercuerunt, sint recessuri: si fortasse dubitent, ne in eorum recessu vexentur, vel remorenentur hac de causa vt hominum malitiæ tollantur, generale proclama seu citatio contra quos-

quoscunque actionem aliquam contra prædictos, vel ius aliquod prætendentes cōcedi potest, vt scilicet intra quoddam determinatum tempus, cum comminatione, quod deinde non audientur, compareant, vt inquit gl. magna in fine. in d. l. diffamari, & tradit etiam Angel. Aret. in rub. Inſtit. de exceptio colum. 16. Et id seruat consuetudo, vt inquit Bald. in auth. si omnes cum iis, quæ notant ibi Dd. C. si minor se ab hæred. abſtin. † in qua expresse habetur, generalem citationem tunc sufficere, cum in specie de omnibus interesse prætendentibus notitia non habetur, vt inquit Paul. Caſtreñ. & sequuntur alii in d. l. diffamari. Sed non loquitur in terminis nostris, vt scilicet quis in iuitus agere cogatur, sed quando minor vult se ab hæreditate, in qua se immiscerit, abſtine-re: vnde cum termini sint diſparē ac diuerſi, sequitur regula vulgatissima, vt ex diuerſis non inferatur, l. finali. ff. de calum. & l. Papinianus exuli, ff. de minor. Forma autem, vel modus citandi in genere, vel in specie in terminis nostris, colligitur ex d. l. diffamari. ibi, si defensionibus suis confidit, compareat. Item, si de iure tuo confidis, vel si tua interesse putaueris, de qua forma, seu modo tradit Alexand. in l. de pupillo, §. seruo, ff. de noui oper. nunc. & Felin. in c. cum inter, col. 7. vbi Decius, col. 5. extra de except. & iterum tradit idem Decius in l. fin. col. 15. C. de edict. Diui Adr. tollen. cum aliis concordantibus.

## C A P. XXXVII.

### Argumentum est in Summariis.

#### S V M M A R I A.

- 1 Citatio generalis admittitur, si statutum ita disponat.
- 2 Prauidere quis debet ea, quæ accidere possunt, & damnna præcauere.
- 3 Malitiis hominum & iniquitatibus resistendum est.
- 4 Citatio generalis per proclama vel edictum à statuto inductum empori à venditore auferri non potest.
- 5 Citatio generalis à statuto inducta, quādo secundum formam statuti fieri posſit.

**S**ecundo limitatur præcedens conclusio, statuto † disponēte vt empori emptione perfecta proclamationibus veledictis publice propositis omnibus notum facere possit, vt si quis sit, qui aliquid juris in re ab eo empta prætedat intra aliquod constitutum tempus compareat, & in iudicium deducat, alioquin quod elapo tempore non audietur, Nam in hoc casu ipse empori proclamationes facere & edicta proponere poterit, prout & eo modo, quo ipso statuto cauetur, nulla etiam præcedente diffamatione, & ita dicunt Doctores communiter obseruari. Plane cum sit casus statuti æqua sane & probabili ratione inducti, nihil ulterius quærendum est, l. ancilla, Cod. defurt. & l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. Casus enim legum & statutorum vbi est, ulterius quicquam quærendum non est, nec elaborandum, vt dicunt Doctores in cap. 1. extra de constit. & tradit Barbat. in consil. 1. num. 90. volum. 1. & Corneus in consil. 55. num. 6. volum. 2. & Roland. à Valle in consil. 69. num. 18. & in consil. 80. num. 4. volum. 1. & Cephal. in consil. 138. num. 20. volum. 1. cum

multis concordantibus. Horum autem statutorum duplē rationem affert Roman. in consil. 53. viso the-mate, vers. Sed attenta ipsius statuti dispositione. Prima est, vt litium finis aliquis sit: Secunda vero, ne domnia rerum in incerto sint, prout etiam his duas rationibus in simili mouentur Iureconsulti in l. 1. ff. de ysucap. & in l. fin. ff. pro socio. & Imperator Inſtit. de ysucap. in princ. His autem duabus rationibus alias duas addunt Doct. vna est, quod quilibet † prævi-dere tenetur illud, quod accidere potest, nec non damna & præiudicia, si qua futura sunt, præcavere, argumento eorum, quæ notantur in cap. 1. in verbo, præcaverti, extra de seruo nō ordinari. Secunda vero est, vt hominum malitiis obuiam eatur, & ini- 3 quitates arceantur, † l. in fundo. ibi. Neq; enim ma-litiis indulgendum est. vbi gl. plura notanda deducit ff. de rei vendic. argumento l. 1. ff. de eo, quod certo loco, & facit text. in l. si eo tempore & notat ibi Bar. Ioan. Fab. & Doctor. C. de alien. pign. & in authen. si omnes. vbi tra-dunt Cynus, Bartol. Bal. & Salic. C. si mino. ab hæred. se abſtin. & in l. sed et si pupillus, §. proscribere. ff. de inſtitut. act. & tenet Innocen. in c. cum in tua, quem sequitur ibi Abbas, colum. 1. vers. dicit etiam innocen. extra qui matri. accus. poss. Vbi etiam tradit Cardin. Alexan. colum. 2. in princip. & columna quinta, vers. Panormita-nus. & Bald. in d. l. diffamari, vers. vltimo nota, afferit in tota fere Italia his proclamationibus & publicis edictis citationes fieri cōſueſſe, quemadmodum in tota Gallia seruari attestatur Boerius in decisio. 158. an ſubſtitutus. Ac etiam in Germania, vbi huius-modi extat municipale ius, seu statutum. Nec sane † huiusmodi præconia seu edicta quominus fiant à 4 venditore impetrati potest, propterea quod tale publicorum præconiorum seu edictorum benefi-cium empori à iure municipalī indultum ei à ven-ditore auferri non potest, argum. text. in c. indultum, de reg. iur. in 6. & ideo venditoris ipsius prohibitio vti inefficax nulliusque roboris, aut momenti, sper-nenda est, cum nullum ius venditori competat, be-neſcium empori à statuto concessum auferendi, argumento l. si quis prohibuerit, ff. de public. & l. si fideiufor. creditori ff. de fideiufor. & l. si fundum, C. de reſi-den. vendit. & tradit Rom. in d. consilio quinquagesimo tertio. Ratio autem est, quia contra id, quod ius municipale disponit, nullo sane modo ire licet, l. fin. ff. de decret. ab ordine facien. & tradit Bal. in d. l. diffamari, vers. item interdum statuitur, &c. Subdit tamen Blarerius in d. l. diffamari, animaduertendum esse: eorum citationem, qui ius in re habere præ-tendunt, tunc generalē † per proclama & edi-ctum esse posse, si incerti sunt illi, qui citari debent: at secus si certi, propterea quod tunc ſpecialiter & nominatim citandi ſunt, vt inquit Roman. in d. conſil. 53. in fi. & ita etiam tener ipſe Blarerius in eodem c. 7. & num. de quo ſupra. Vnde ad rem propositam re-deundo: vbi extant statuta generalē citationem per proclama ſeu edicta permittentia: practica & consuetudo introduxit, creditores & alios ius præ-tendentes ſi certi ſint ordinarie in actis ipsius cauſæ ſpecialiter & nominatim citari, incertos autem ſi qui fortalſe eſſent, per proclama vel edictum eo modo & prout locorum statuta diſponunt: & ideo dixit Riminald. in consil. 398. num. 22. vol. 2. tenutam & in ſolutum dationem inſciis & non citatis non nocere.

## C A P. XXXVIII.

A R G U M E N T U M.

In subhastatione an proclama-  
te publico emiso ignorantia excu-  
set.

## S V M M A R I A.

- 1 Proclamate publico emiso ignorantia allegari non potest.
- 2 Banni publici ignorantia allegari non potest.
- 3 Publice factum vnuquisque scire presumit.
- 4 Ignorantia cum scientia non probatur, quando praesumatur.
- 5 Proclama publicum inducit scientia presumptio-nem.
- 6 Publice quod scitur, nemo debet ignorare.
- 7 Scire quilibet illud presumit, quod alii inno-te-sunt.
- 8 Scire presumit quilibet de prouincia ea, quæ publi-ce fiunt in aliqua parte prouincie.
- 9 Scire presumuntur omnes alicuius regni ea, quæ no-torie & publice fiunt in regno.
- 10 Scire presumuntur vicini alicui regno ea, quæ fiunt in illo regno, & id quomodo procedat.
- 11 Proclamata & edicta publica, vt effectum producant, debent congruas dilations habere.
- 12 Ciuis nouus presumit ignorare statuta ciuitatis, cuius ciuis effectus est.
- 13 Ciuis nouus non puniatur, si contraveniat statutis.
- 14 Militum antiquorum & nostrorum temporum dif-ferentia.
- 15 Vicinus facta vicini & coniunctus facta coniuncti, quando scire presumantur.
- 16 Temporis angustia in mora aliquem non constituit,
- 17 Dies non interpellat pro homine, quando dilatio est nimis brevis.
- 18 Moram non inducit temporis angustia, imo eam im-pedit.
- 19 Mora modici temporis non attenditur.
- 20 Tempus breve, quando dicatur.
- 21 Interpretatio illa facienda est, que delinquentem ex-causat.

**E**missis autem huiusmodi proclamationibus, & pu-blicis edictis, seu (vt dicunt nostri) bannis, ignorantia eorum quæ in eis continetur, allegari non potest. & ratio est, & quia banni publici igno-rantia non admittitur: eamque allegans ad ipsius probationem non admittitur, vt inquit Thomas Grammat. in decif. 36. num. 15. Nam & illud, quod pu-blice factum est, quilibet scire presumit, ut in-quit Innocen. in cap. 1. extra de postulat. pralato. & tra-dit Bald. in sua Margarita, in verbo, de creta, num. 3. **L**icet & enim ignorantia presumatur, vt vulgatissi-ma & valde trita regula est: ignorantiam presumi, vbi cunque scientia non probatur: id tamen cum aliiquid publice scitur, locum non habet, propterea quod in eo casu non ignorantia, sed scientia praesumit, ut inquit glos. communiter approbata in l. si tutor petitus, C. de pericul. tuto. quam comprobat Bald. iu. que notantur in l. prima, C. de recepta. & in l. prima, C. qui, & aduers. quos. & idem voluit Bartol. in d. l. si tutor. & Bald. inc. quoniam contra, §. i. extra vt lite non contesta. & idem voluit glos. in clemen. i. in ver. publi-

ce, extra de sepultur. & Dominic. à Sanct. Gemiriano in consil. 75. in causa magistri Ioannis. Præterea quod publica & proclaimata & edicta scientia presumptio-nem inducant, in simili firmat Bartol. in l. prima, §. pari. ff. de recep. arbit. vbi etiam subdit, quemlibet illud, quod in via, in qua habitat, notorium est, scire presumendum esse. Ad quod facit etiam non modicum, illud quod notat Bald. in l. Celsus, versic. sed qualiter probabitur mala fides. ff. de vsu cap. & rursus ex notatis ab eodem Bal. in l. iudicia, C. de rei vendic. & à Bartol. in l. b. potest, vers. secundum est, quod hæres sciat. ff. de acquirendā hæredit. Id enim, & quod publi-ce ab aliis scitur, nemo ignorare debet. cap. i. extra de pustulatione prælatorum. & facit etiam illud, quod habetur in l. late culpa, ff. de verborum significatio. & in capit. primo. extra de commoda. & ideo dixit Cardin. Alexand. in capitulo ad nostram, extra de coniug seruo. Illud & quemvis scire presumendum esse, quod 7 aliis communiter notum est, vt probatur etiam in dicto capitulo primo, extra de postulatione prælatorum. vbi glos. in versic. allegans, iuncto tex. in authen similiter. inquit, quemlibet & de prouincia ea scire presumendum esse, quæ publice in aliqua prouinciae illius parte fiunt. & mouetur auctoritate Luce 26. vel 21. cap. dum dixit; Tu solus peregrinus in Hierusa-lem, & non cognovisti ea, quæ facta sunt in illa his diebus, & ideo dixit Domin. in commento dielli cap. 44. in prima oppositione, omnes incolas Regni alicuius 9 ea scire presumendum esse, quæ notorie & publice eo in Regno fiunt, cap. illud, extra de cleri. excom-mun. & in dicto capitulo primo, extra de postula. præla-torum. & Ias. in consilio 67. volum. i. & latius in consilio 46. profisco, volum. 3. Imo non solum illi, qui in eo regno habitant, id scire presumendum est, sed etiam vicini & alicui regno ea scire presumuntur, quæ 10 in regno vicino fiunt, c. quanto, & c. quodam, extra de presumptio. & facit illud, quod notat glos. in c. fin. 16. distinctio. quæ plura in utramque partem deducit. Præpositus autem illas diuersas conclusiones con-cordando inquit, hunc in modum prædictari regu-lam procedere & locū habere vt eorum quæ publi-ce fiunt quilibet notitiam habere presumatur, dummodo in eis locis fiunt, in quibus publicatio-nes fieri solent.

Hæc conclusio in aliquibus casibus limitatur, & primo, si aliquis tempore publicationis graui infirmitate detineatur, vt multa late congerit Alex. in consil. 82. vise processu, vol. 3.

Secundo etiam limitatur in surioso vel minori-bus, ita vt ea etiā propter incapacitatem intelligere non possent, vt voluit etiam Ioan. de Anania in consilio 70. visis & ponderatis, in fine. & licet proclamat. vel edicti ignorantia prætenderetur, quæ vt vidi-mus supra, allegari non potest: attamē admitti non posset, nec deberet, vt tradit Rofred. in rub. si quis ins-dicenti non obtempera. & refert & sequitur Affid. in constit. Regni, si quis hominem.

Tertio limitatur præcedens conclusio, si in edi-citis vel proclamatibus cōgruæ dilations datae non sunt, vt habetur in decisiō. Pedemont. 71. num. 39. versic. addo etiam. Vbi dicitur, huiusmodi & edicta vel pro-clamata tunc locum habere, cum eis congruæ dilations datae sunt, quibus verosimiliter in notitiam & cognitionē venire possint: Quandoquidē tunc cōpetenti termino elapsō proclamata & edicta pu-blica in omniū notiajam peruenisse presumēdum est.

# De Executionibus, Tractatus. §. 6.

341

est. At secus si adeo angusta tempora in illis constituta sint ad aliquid faciendum, ut verosimiliter in omnium notitiam deuenire non potuerint: tunc enim eorum notitia non præsumitur. Hanc declarationem videtur probare text. in §. fin. vers. vocem, iuncto vers. edita vero in multis dies posita pene omnes agnoscere, in Authen. de litigio. & text. in l. qui cum vno, §. fin. ff. de re milit. vbi dicitur, tironi disciplinam militarem ignorantis parcendum esse. quem text. adducit Bald. in l. data opera, colum. 6. in princ. C. 12 qui accusar. non poss. ad illam quæstionem, quod † ciuis nouellus statuta illius ciuitatis, in qua ciuis effe. 13 & tis est, ignorare præsumitur: & ideo † puniendus non est, si fortasse contra ea venerit, vt voluit etiam Felin. in c. a nobis, in princip. extra de exceptio. & Hippol. Marfil. in l. si ignorans, num. 17. ff. locati, & alii in locis supra in dicta deciso. Pedemontana deductis. Ratio autem huius præsumptæ ignorantiae à temporis angustia procedit, cuius causa tironem militarem disciplinam didicisse & ciuem nouellum statuta ciuitatis cognouisse verisimile non est. Poteſt ex hoc loco facile intelligi, quanta differentia sit inter milites † illos antiquos, & hos nostros collectios, qui prorsus militaris disciplinæ cognitionem nullam habent: Imo, si recte animaduertatur, prorsus his nostris temporibus extineta est. Redeundo autem ad rem nostram, illud etiam ad proposita conclusionem facit, quod licet vicinus † facta vicini (vt aiunt) scire præsumatur, & coiunctus facta coniuncti, l. octau. ff. vnde cognit. id tamen in facto successu procedere dicendum est, non autem momentaneo & angusto, vt inquit Alexand. in d. consil. 71. num. 8. vol. I. Conuenit etiam prædictis illud, quod scribit Bartol. in l. si mibi & tibi, §. 1. num. 2. ff. de leg. I. 16 † dum inquit temporis angustiam ad constitendum reum in mora, non sufficere, & ibi Bal. in fine 17 notat, † diem pro homine non interpellare, cum 18 dilatio nimis brevis est, cum temporis † angustia moram impedit. Bal. refert & sequitur Ias. post Angel. & Roman. quos adducit in l. si ex legati causa, num. 17. ff. de verborum obligat. Accedunt præterea prædictis ea, quæ scribunt recentiores Parisienses 19 de feud. tit. 130. num. 157. Vnde etiam dicitur † moram modici temporis non nocere, nec ad tentandam esse, l. quoties, C. de precibus Imperat. offer. & l. si debitori. ff. de iudic. Hanc etiam interpretationem recipiunt ea, quæ de præsumptione scientiæ eorum, quæ publice fiunt late scribit Thom. Grammaticus in d. deciso. 36. num. 15. de qua supra diximus. Breue autem tempus dicitur, † cum verisimile non est, vt illud quod publicatur, in omnium notitiam & cognitionem deueniat; vtputa si in primis proclamationibus nec tempus vnius integri diei ab hora publicationis datum sit: Nam cum non appareat, quæ hora diei proclama ipsum emanauerit, vel prolatum sit: nec eius copia in publicis locis & consuetis 20 affixa sit: ea † interpretatio facienda est ad delictum excusandum, seu tollendum: vt in vesperis prolatum & affixum fuerit, l. merito. ff. pro socio. & secunda proclamata si horam publicationis attendamus, duorum dierum spaciū non habuerint, quæ in vesperis facta censemur, vt diximus: Et ideo stantentes ad hoc animaduertere debent, con- grauinq; tempus à die editi, vel pro- clamatis publicatione constituere.

## C A P. XXXIX.

A R G U M E N T U M.

Quibus verbis proclaimata publi- ca fieri debeant.

### S V M M A R I A.

- 1 Proclamata vulgaribus verbis ferri debent.
- 2 Acta Parisiis in curia Regis, vulgari idiomate scribuntur, quod etiam in Burgundia obseruatur.
- 3 Verbis popularibus agendum est, cum loquimur de opinione populari.
- 4 Clericus quando agit contra laicum, vulgari sermo- ne vti debet.
- 5 Romani magistratus, vt facilius à subditis intelligerentur, & si optime linguam Græcam callerent, nunquam tamen Græcis nisi Latine responsa da- bant, & eos per interpretem loqui cogebant non Romæ tantum, sed etiam in Græcia & Asia.
- 6 Legati Romani in Græciam misi, interpretem secum ducebant.
- 7 Romanus linguam suam propagare maxima cura fuit.
- 8 Idioma cuiusque proprium summus Pontifex in con- sideratione habuit.
- 9 Rectores parochiales non possunt eorum subditis suf- sicere & placere, nisi plene & intelligibiliter lo- quantur & eorum linguam calleant.
- 10 Testium dicta multis in locis vulgari sermone descri- buntur.
- 11 Fœdera inter Romanos & Carthaginenses,
- 12 Templum Ioui Capitolino dicatum.
- 13 Lingua Romana mutatio.

Q Voniam proclaimata & edita publica † publi- ce feruntur: merito vt facilius percipientur, leges vt vulgari idiomate fiant, expresse voluerunt, vt ab omnibus pariter non solum exaudiri, sed per- cipi etiam possent l. sed & si pupillus. §. præscribere. ff. de instito. act. Quo in loco inquit Castr. Parisiis † & in regia curia, vt acta vulgari idiomate describantur, vsu receptum fuisse tradit Iacob. de Puteo in l. lecta, ff. de re iud. Nam, vt preclare inquit M. Tullius Offic. lib. 2. Popularibus † quidem verbis agi vistatum est, cū loquimur de opinione populari. Et rursus idem M. Tullius lib. 1. de legib. Sed quoniam, inquit, in po- pulari ratione omnis nostra versatur oratio, popu- lariter interdum loqui necesse erit. & ideo dixit gl. in c. odi, & projeci. festiuitates, 24. q. 1. † clericum, qui agit contra laicum, vulgaribus verbis vti debere, vt fa- cillime intelligent. Vnde etiam esse potest, vt † ci- ues Romani tanti linguam Romanam facerent, vt eorum magistratus & si optime Græcam linguam callarent, nunquam tamen Græcis nisi Latine re- sponsa darent: eosque per interpretem loqui cog- rent, non tantum Romæ, sed in Græcia & Asia quo- que, vt Author est Valerius Max. lib. 2. de instit. antiquis. Quem Cuman. & Iac. de Puteo in l. acta. sequuntur. Vnde postea † vsus inoleuit, vt Romani legati in Græciam misi, interpretem secum haberent, vt pro C. Balbo meminit Cicero, lib. 1. de Finib. bono. & ma- lo. Non enim † Romanis minus lingua propagatio cura fuit, quam nominis: & si illud perpetuum red- dere multis ac pulchritimis ædificiis pluribus in locis constructis curauerint: & ideo Gomes in Re- gula de idiomate, nu. 21. inquit, summum Pontificem 7 Ff 3 ideo

8. † ideo idiomā suum cuiusque proprium in consideratione habuisse: quia neminem ex rectoribus  
9. † parochialibus ecclesiis & earum subditis satisfacere, aut placere posse existimauit: nisi plene & intelligibiliter loquerentur, eorumq; lingua clare loquerentur: quod sane antea exposcere visus est tex. in c. sit Rector, col. penult. distinct. 43. & hinc quoq; est, vt multis in locis iure municipalī cautum sit, vt di-  
10. Ut & testium vulgari sermone describantur, ne fortasse aliquando fiat, vt Tabelliones linguae Latinæ signari, vim depositionum non exprimant; vel saltem aliqua verbis vulgaribus, quædam vero Latinis modica cum dignitate exprimere cogantur. Facit etiam nō leuiter ad rem propositam, illud quod ait Polybius Historiarum lib. 3. ibi, Verū nobis quidem necessarium visum est, tacite hanc partem nō præterire, ne vel eos, qui in rebus gerendis versantur, quorumque interest hæc exactissime considerare, in rebus maxime necessariis latet veritas; vel disce-  
11. di cupidi inscitia atque errore scribentium decepti labantur & ignoratis fœderibus: Quæ ab initio pri-  
12. mi belli Punici usque in nostram ætatem inter Romanos & Carthagenses acta sunt. Primum igitur fœdus inter vitrumque populum initum est statim post electum Urbe regium nomen, L. Iulio Bruto, & M. Valerio Consil. quibus etiam Ioui Capito-  
13. lino & templum dicatum duo de triginta annis ante primam Xerxis in Græciam transfretationem: quod quanto diligentius fieri potest, interpretati sumus: Tāta enim facta est mutatio & Romanæ lin-  
guæ ab ea tempestate, in hodiernum diem, vt etiam qui antiquitatis peritissimi sunt pleraq; nisi magna cum difficultate intelligent. Ex his enim manifeste apparet, linguarum scientiam necessariam esse, & multo magis in proclamatibus & edictis ferendis, vt eorum quilibet perfectam notitiam & cognitionem habere possit, & præsertim, ne eorum notitiam non habētes, vel in eorum pœnam incident, vel eis contrafaciant.

## C A P. XL.

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I A.

1. Edicta olim ac proclamata, an in albo Prætoris proponerentur.
2. Proclamata hodie & edicta à publicis nunciis vel Præconibus voce alta proferuntur, prout etiam olim.

**L**IET Bartol. in l. & post, ff. de iudic. dixerit olim † proclamata & edicta in albo prætoris propo- ni consueuisse, contrarium tamen apparet ex iis, quæ supra diximus: Nam præconia ab ipsis Præco- nibus alta voce: prout etiam hodie plerisque in lo- cis obseruantur, proferri in vnu fuit: edicta vero, quæ de rebus & negotiis ad Prætores pertinentibus in eorum albo proponebantur. Hodie igitur quemadmodum & veteribus illis temporibus pleraq; à præconibus nuncisq; publicis alta voce publican- tur, vt not. Bar. ibidem. Edicta enim Prætorum, vt inquit gl. in auth. qui semel, C. quom. & quan. iud. in de- albato pariete pponebantur. De proclamatib. au- tem, quod alta voce præconis, vel publici nunciis proferrentur, nonnulla dixi in l. si quis sepulchrum, §. sumptus funeralis, nu. 134. ff. de religio. & sumpt. fune. ibi, Demetrius qui ea tempestate vocis magnitudine

præcones omnes anteibat, huiusmodi præconiū diuulgauit populus Syracusanus Timoleonem Timodini filium ducētis minis in funere honestauit; Nec non per omne ævum musica equestria ac gymnastica certamina illi honoris gratia instituit. Consueuerunt tamen hodie tam edicta seu banna, quam proclamata ipsa voce præconis, vel nuncii publici publicari.

## C A P. XLI.

## A R G U M E N T U M.

Proclamata an à præcone per ciuitatem locis publicis vel consuetis exprimi debeant.

## S V M M A R I A.

1. Proclama voce præconis ferri solet, & edicta proponit vel affigi.
2. Præco si referat proclamasse per ciuitatem in locis pu- blicis, an sufficiat, vel debeat exprimere consuetis, vel satis erit quod loca specialiter non expri- mat.
3. Notoria exprimere non oportet.
4. Praconia in scriptis redigere cautius est.
5. Proclamata & præconia, quanto tempore durent, à iure non est constitutum, sed est arbitrarium, & ideo à præcone exprimi non debet.
6. Tempus octo dierum constitutum inter vnum & aliud proclama ex consuetudine, merito de eo in scriptis mentio fieri debet ipsorum proclamatum.
7. Proclamata generalia sufficiunt, vbi nō est certa per- sona, qua requiri posſit.

**D**ebet igitur huiusmodi proclamata † præco- nis voce proferri, vt habetur in secunda constitu- tione C. in fin. ibi, edictis ex more propositis, prout dixit etiam Bartol. in extrauganti, ad reprimendum, in vers. publice. dum vult satis esse, si notarius, vel præ- co & referant proclama per ciuitatem, vel loca pu- blica protulisse, etiam si loca particularia. suis pro- priis nominibus non exprimantur. Ratio autem est, † quia cum talia loca notoria sint, eorum parti- cularis expressio necessaria non est, l. cum seruus, §. fi. ff. de contrahen. emptio. & licet subdit Bart. ita seruare consuetudinem, cautius tamen esse, si hæc & in scri- ptis redigantur, prout iterum voluit idem Bart. de tempore, quo ipse proclamata durare debet: Nam & licet iuris dispositione huiusmodi tempus consti- tutum non sit, & ex consequenti arbitratum sit, l. ff. de iure liber. & sic de eo à præcone mentio facienda non sit, quando tamē tempus aliquod & de- putatum & certum statuto vel consuetudine statutum est, vputa vt vnu proclama ab altero octo dierū spacio distet, talis temporis in scriptura pro- clamatis mentio facienda est, vt omnia solemniter acta intelligentur. Sufficiunt autem, vt supra late diximus, generalia proclamata † in omnibus, vbi certa persona non est, quæ requiratur, & citari de- beat, vt ait Innocen. in c. si. extra qui matri accusa posse. & faciunt ea, quæ dixit Zabarel. in confil. 74. In nomi- ne indiuidua Trinitatis. & Abb. ibi, col. 2. qui refert di- cūm Innocentii supra relatum, & tradit Panorm. in conf. 58. col. 2. & hoc probat text. in authen. si omnes, C. si minor se ab hered. absit. Sunt enim huiusmodi pro- clamata quædam citationes, vt est tex. in authen. qui semel, C. quomo. & quan. index.

CAP.

# De Executionibus, Tractatus. §. 6. 343

## C A P. XLII.

Argumentum constat ex Summariis.

### S U M M A R I A.

- 1 Proclama prolatum in ciuitate, an liget eos tantum qui sunt in ciuitate, & non absentes.
- 2 Proclama prolatum in aliquo territorio, an comprehendat absentes à territorio.

**N**on est omissendum pro declaratione huius materiae, proclamata † in ciuitatibus prolatata, eos tantum ligare, qui in illis ciuitatibus existunt, vt ait Rofred. Beneuen. in tract. libell. in rub. si quis ius dicens non obtemper. & ideo si quis ignorantiam ex eo quod esset absens, probare velit, audiendus est, cum ut dictum fuit, ignorantes non ligent, ut voluit Panormitan. in consil. 35. vol. 1. & Zabarel. in consil. 33. & in consil. 40. & Alber. de Rosate in rub. C. ne filius pro patre, col. fin. Imo in terminis inquit † Roland. à Valle in consil. 64. num. 34. vol. 2. absentem à dominio non comprehendere, in quo prolatata fuerunt: ut voluit etiam Alexand. in consil. 31. col. 1. vol. 5. & id propter probabilem & presumptam ignorantiam, cum non fuerint intimata in locis, in quibus degeant, ut est in text. in c. cum in tua, extra qui matr. accus. non poss. & l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. & Ioan. Andr. in clement. grauis. de sentent. excommun. & Cxpol. in caut. 92. solent episcopi.

Limitatur autem primo loco hæc conclusio in ignorantia crassa & supina, ut est tex. in l. interdum. §. 1. & §. Dini. ff. de public. & vœtig.

Secundo limitatur prædicta conclusio, quando absens notitiam illius, quod in proclamate continetur, ab iis qui præsentes essent, habuissent, ut habetur in d. authen. qui semel, vbi tradit etiam gl. quam omnes communiter sequuntur, C. quom. & quan- do index.

## C A P. XLIII.

Argumentum est in Summario.

### S U M M A R I V M.

- 1 Proclama prohibens extrah frumentum, vel segetes, an comprehendat forenses extrahentes.

**Q**væsivit Franciscus Marci in decis. 228. num. 1. vol. 2. An † si fortasse aliquo in loco frumentum vel segetes, aut quid alud simile extrahi publico proclamate prohibetur, forenses quoque siue exter nos ibi frumentum vel segetes habentes excludat? & primo loco eos comprehendere arbitratur, per tex. in l. si pendentes, §. si clericum. ff. de usfr. ob id, quod huiusmodi proclama reale videtur, rebusq; indictum. Verum contrarium inquit voluisse Cynum in l. l. in fin. C. quæ sit long. consuet. propterea quod tale proclama in personas subitorum directum videatur, & ideo extraneos, qui eo in loco frumentum vel segetes habent, eas extrahere posse, l. rescripto §. fin. ff. de mun. & hon. sed Specul. in tit. de constit. §. 1. vers. pone, verba proclamatis potissimum attendenda esse existimur: Nam si diriganur in rem, utputa ne frumentum vel segetes extrahantur, & forenses quoque & aduenæ comprehendantur: si vero in personam, utputa si dicatur, nemo frumentum, vel segetes extrahere possit: & aduenæ & fo-

renses non comprehendantur. Hanc Speculatoris distinctionem sequitur Ioan. Andr. in loco supra adducto: et si vbi verba proclamatis, vel etiam statuti in rem scripta essent, mitius aduenæ & forenses puniantur, ut latius eodem in loco prosequitur Speculator.

## C A P. XLIV.

Argumentum constat ex Summariis.

### S U M M A R I A.

- 1 Bonam fidem inducunt proclamata; ut scilicet bona, que venduntur, illius esse presumantur, qui in proclamate nominatur.
- 2 Contractus emptionis palam & publice factus per proclamata, bona fide factus censetur.
- 3 Bona fides à proclamatibus arguitur.
- 4 Proclamata in mala fide existentibus, quando non proficit.

Proclamata † publica, ut quis in bona fide esse præsumatur, efficere solent: ut scilicet bona ita vendita illius esse censeantur, qui in ipso proclamate nominatur, ut inquit Decius in consil. 410. nu. 1. part. 3. dum inquit, contractus † emptionis palam & publice celebratos per proclama bona fide factos censendum esse, cum ex ipsis † proclamatibus bona fides arguantur. l. cum ipse. C. contra episc. & in l. non existimo, in princ. ff. de admin. & peric. tutor. vel cura. vbi latius ipse prosequitur. Alciat. vero in consil. 313. num. 3. inquit, proclamata † in mala fide existentibus non prodesse, ut voluit etiam Ang. in l. si vacanta, per illum tex. C. de bonis vacan. lib. 10. & Alexand. in l. rem. que nobis. ff. de acquir. hered. Id autem, ut ipse ibi probat, intelligitur, si mala fides probetur, propterea quod alioquin onus probandi in aduersarium reiiciunt, vbi etiam de mala fide tristatur.

## C A P. XLV.

Argumentum est in Summariis.

### S U M M A R I A.

- 1 Proclamata si vsu recepta non sint, obseruanda non sunt, & qui ea non obseruat, in pœnam non incidit.
- 2 Proclamata, quando vsu recepta dicantur.
- 3 Verba illa, moribus vtentium approbatum, pluralitatem significant.
- 4 Mores, quando probari dicantur.

Proclamata † si vsu recepta non sint, vel proclamatum vsus inductus, obseruanda non sunt, ut inquit Riminal. sen. in consil. 110. nu. 19. vol. 1. dum ait, proclamata quæ vsu recepta non sunt, vel eorum vsus non est receptus, si non obseruentur, transgreendi non dicuntur, ita ut in illorum pœnam incidatur, ut notat gl. in c. extra de treg. & pace. & in cap. 1. & in cap. 4. ut quisque, extra de vita & honest. cleric. & tradit Bart. in l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de curat furios. & in consil. 144. iudex communis Affissi, & Ioan. Andr. in addition. ad Speculat. in rubric. extra de clandest. de spons. Ad hoc autem, † vsu recepta & moribus vtentium approbata dicantur, illud attendendum est, an plures obseruata fuerint: Nam si aliquan-

do fuissent obseruata satis non est, si fortasse plures ac plures casus accidissent, ut inquit Bald. in cap. fin. 3 extra de consuet. dum ait, ea verba, † moribus vten-  
tium, pluralitatem denotare, & ideo si demus ca-  
sum aliquem milles eodem anno accidisse, & bis  
4 tantum accidisse probetur, † exempla, non autem  
mores probari dicendum esse. l. nemo. C. de sentent.  
& interloc. omn. iudic. Oportet igitur vt plures a-  
ctus pluresve geminati probentur, ita vt in totius  
populi consensum & voluntatem transierint, vt la-  
te ibi per eum, & idem tradit Cardin. in proam  
clementinarum.

## C A P. XLVI.

Argumentum constat ex Sum-  
mariis.

## S V M M A R I A.

- 1 Proclamata, que sunt contra ius commune, stricte in-  
telligenda sunt.
- 2 Proclamatum à verbis recedendum non est.
- 3 Banna stricte intelligenda sunt.

1 Proclamata † si fortasse de eis controvrsia o-  
riatur, stricte intelligenda sunt, quando iuri  
communi repugnant, & præsertim si iniuriam  
2 aliquam continere videantur: & ideo † ab eorum  
verbis recedendum non est, vt in materia huius-  
modi proclamatum considerat Raphael Cuman.  
& etiam recentiores in l. si stipulatus fuerim. S. cum sti-  
pulamur. ff. de verb. oblig. & refert Alciat. in consil. 169.  
num. 17. & idem voluit Iulius Ferretus in tract. de ga-  
4 bell. & public. num. 39. dum inquit, banna † stricte  
intelligenda esse, nec in pœnalibus extendenda es-  
se, vt latius ibi per eum.

## C A P. XLVII.

## A R G V M' E N T V M.

Finito magistratum officio, an  
cessent etiam banna & pœnæ.

## S V M M A R I A.

- 1 Proclamata que in volumina statutorum redacta  
non sunt, perpetua non sunt, sed eorum morte des-  
nunt, qui ea proferri curauerunt.
- 2 Proclamata latamandato Marchionum, eorum mor-  
te desinunt.
- 3 Banna & pœna magistratum, an sint perpetua, vel  
cum eorum officio extinguantur.

Facit etiam non modicum ad rem hanc propo-  
sitam, ut inquit Riminald. sen. in consil. 10. num.  
15. vol. 1. quod proclamata, † quæ in statutorum vo-  
lumina redacta non sunt, perpetua non videantur,  
sed cum eorum vita desinunt, qui ea proferri cura-  
uerunt: & ideo ibidem ad ea proclamata † infert,  
quæ mandato Marchionum prolata sunt, quod sci-  
licet eorum morte expirent, per tex. in l. fin. ff. de pa-  
ni. Ea namque quæ à Marchionibus, Ducibus & simili-  
bus, qui superiorum habent, eam vim habent,  
ac si à magistratibus gesta essent, & ideo eorum iu-  
ra prætoria censentur, ut inquit Bart. in l. 5. ff. de verb.  
oblig. & in l. 1. ff. quod quisq; iur. & in l. omnes populi. in  
1. quest. ff. de iustit. & iure, cum alii multis concordanti-

bns. Verum, † an banna, vel pœnæ magistratum 3  
perpetua sint, vel cum eorum officio extinguitur,  
födere distinctionis ita declarat Bald. notabiliter  
in l. 1. versic. si vero bannitio procedat. C. de hæred. instit.  
Aut enim inquit Bald. bannum procedit secundum  
formam inductam à lege vel consuetudine à sua  
iurisdictione, hoc est, sine speciali ordine legis vel  
consuetudinis loci. Primo enim casu banna seu  
proclamata perpetua esse existimauit: Secundo  
vero naturam multæ habere, & ideo ultra tempus  
sue jurisdictionis non subsistere, vt habetur in d. l.  
fin. §. de pœnis. & ideo quando proclama & pœna in  
eo apposita à Marchionibus prouenit, vel ab aliis,  
de quibus paulo ante diximus, & sic à iudicibus, vel  
magistratibus sine legis ordine: sed ex quadam eo-  
rum jurisdictionis consequentia, ultra eorum vi-  
tam protrahi non debent, vt ibi latius prosequitur  
Riminaldus.

## C A P. XLVIII.

Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M.

- 1 Proclamatibus quis in dubio contravenire nolle exi-  
stimat.

Dicitus etiam † in dubio præsumendum non  
esse, quempiam proclamatibus contravenire  
velle, nec etiam ea fraudare, ut inquit Riminald.  
sen. in consil. 33. num. 36. vol. 1. per text. in vulgata l. me-  
rito. ff. pro socio. & concludit etiam Bald. & Paul. Ca-  
streni. & alii in l. si fugitiui. C. de seru fugit.

## C A P. XLIX.

## A R G V M E N T V M.

An citatus publico proclamate à  
Iudice incompetenti comparere de-  
beat vel non?

## S V M M A R I A.

- 1 Proclamata seu bannum contra clericum emanatum à  
iudice laico non procedit, sed est nullum.
- 2 Citatus à iudice incompetente, si non comparet, non  
efficitur contumax.
- 3 Acta facta coram incompetenti iudice, sunt nulla.
- 4 Jurisdictio in non subditum exerceri non potest.
- 5 Clericus citatus à iudice seculari non tenetur coram  
eo comparere: nec potest, si non comparet contumax  
dici, aut pro contumace haberi.
- 6 Iudex secularis pœnam contumacie in clericum in-  
fringere non potest.
- 7 Clericis coram iudice seculari comparere non licet.
- 8 Processus iudicis laici contra clericum non subsistit.
- 9 Clericus comparens coram iudice seculari, & non de-  
clinat eius forum puniri debet à iudice ecclesiastico  
pœna extraordinaria.
- 10 Statutum si prohibeat forum declinare sub aliqua  
pœna, non valet.
- 11 Princeps secularis legem personis ecclesiasticis impone-  
re non potest, cum non sint, nec esse possint eius iu-  
risdictionis.
- 12 Statutum laicorum in fauorem ecclesie non valet.
- 13 Clericus non potest supponi definitionibus laico-  
rum.

# De Executionibus, Tractatus. §. 6.

345

- 14 Iudex laicus etiam de consensu episcopi in clericum iurisdictionem habere non potest.
- 15 Pontifex etiam facere non potest, ut clerici in curia seculari conueniantur.
- 16 Imperator, nec nullus Princeps laicus legem facere potest, ut clericus crimine committens laesa maiestatis a iudice seculari puniri possit.
- 17 Clerici legem domini temporalis etiam in eorum favorem disponentem recipere non tenentur, nisi ab ecclesia Romana approbata reperiatur.
- 18 Proclama generale prolatum a iudice seculari sub ea forma, ut compareant omnes, quorum interest, tam carceratum non relaxari, comprehendit etiam clericos.
- 19 Proclama generale, ut in publicatione alicuius instrumenti clericus citandus sit, potest ferri a iudice seculari, ut scilicet clericum hortetur, non autem citetur.
- 20 Citatio, quae non valet ut citatio, valet tamen ut scientia, quae facti est.
- 21 Scientia nulla iuri constitutione prohiberi potest.
- 22 Iudex alicuius loci laicus cum clericum citare debet, quid facere debeat.
- 23 Citari quis non debet in alieno territorio, sed scribi ad rectorem illius loci, ut eum citet.
- 24 Proclama publicum si fiat a iudice quibusdam terminis assignatis bona esse vacantia firmatum videri.
- 25 Bona esse vacantia, quomodo probetur.

**P**redictis de clericis nonnulla addere satis opportunum hoc loco visum est, & in primis pro clama † seu bannum a iudice laico prolatum contra clericum, locum non habere, ut inquit Thom. Gram. in decisi. 29. nu. 3. sed nullum esse, ut in specie voluerunt Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Abb. in c. si diligenter, extra de foro compet. & Bald. in l. 1. ff. si quis in ius vocat, non ier. & Alexand. in consil. 63. vol. 3. & ideo dixit Bald. in l. si quis ex consensu, versic. domum.

2 C. de episc. audien. citatum † a iudice incompetente, si non compareat, contumacem non dici: & ideo quin ob contumaciam banniat, ob id timere non debere: Quia loquidem cum acta † sint nulla tanquam incompetenti iudice facta & gesta: inde vera contumacia non oritur, nec pena aliquis efficitur: & præsertim cum iurisdictionis natura † eas sit, ut in non subditum exerceri non possit. c. per venerabilem, extra qui filii sunt legit. ut inquit Felin. in cap. que in ecclesiistarum, in versic. tertia declaratio. extra de constit. & gloss. in cap. dudum, de reb. eccl. non alien. in 6. & ideo dixerunt Ioan. Andr. Butr. & Abb. in d. c. si diligenter, extra de foro compet. clericum † a iudice seculari citatum, coram eo comparetere non teneri: nec etiam si non compareat, pro contumace habendum esse, cum etiam ipsa contumacia non subsistat.

6 Contumacia enim, delictum est: & ideo † secularis iudex clericum pena contumacia afficere non potest. c. 1. de cleric. coniug. in 6. & Bald. in l. generaliter, la. 2. C. de episc. & cler. & in l. si quis ex alio ff. de iudic. & consuluit Bart. in consil. 225. clericus sub nomine laici. & late tradit Decius in consil. 241. col. 2. scriptum alias, & lac. a sancto Georgio in l. non videtur. ff. de iudic. & Aegidius de Mandalbertis in sua disputatione incipiente quæsto talis est, quæ reperitur inter disputationes Pauli de Eleaz. respondendo Bart. in d. l. non videtur. dicentes clericu † coram iudice seculari comparere non licere: quo sit ut iurisdictionis proroga-

gatio impossibilis sit. d. c. si diligenter, extra de foro compet. Ex quibus manifeste apparet, cum quempia existentis iurisdictionis non esse constat, ad comparandum non teneri, ut notatur in cap. fin. extra de appellat. & voluit Alex. in consil. 77. vol. 3. & tenet Henricus Boit. in singul. 28. ciuitatis. & sequitur Guido Papa in decisi. 450. an multa declarata. & magis in specie Ioan. And. in regula scienti, in Mercurialibus, dum inquit, processum † non subsistere iudicis laici contra clericum ab eo citatum & ad excipiendum de privilegio clericali non comparente, propria terea quod cum in principali causa non subsistat, multo minus in pœnam consumaciam valere dicendum est: Ad eo enim verum est, clericum citatum a iudice seculari coram eo comparere obligatum non esse, ut si eius forum non declinando compareat, a † iudice ecclesiastico nulliusdus sit, & ab eo extraordinaire pœna puniri possit & debeat: quasi canonum transgressor sit, ut voluit Bald. in l. in fin. C. de indic. vidui. tollen. id quod locum etiam habete arbitratum, † si statutum, forum declinare sub aliqua pœna 1. ptohibes alicubi existat, cum huiusmodi statutum non valeat. Hanc conclusionem refert & sequitur Berthach. Firman in tract. de episc. in 5. parte, 4. libri, in membris 49. versi. quero, in fin. dicti versic. iuxta præmissa videndum est. Id autem non solum de iudice clacio dicendum est, ut scilicet ecclesiasticis personis legem imponere non possit: sed etiam de Principibns † secularibus, cu clerici & persona ecclesiastica sub iurisdictione laicorum esse non possint. Et ita verum est, ut † statutum laicorum etiamsi Ecclesie favorem contineat, non subsistat. Ratio autem est, quia Canonistæ laicos in messem suam falcam imponere non concedunt, ut late tradatur in c. cum ecclesia sancta Maria, extra de constitut. & tradit Archid. in c. 1. 10. distinct. & ideo dixit textus in cap. decima, 96. distinct. clericum † desuetonibus laicorum subiectum esse non debere. Idem etiam sequitur Hosten. in summa de iudic. §. quæ sit necessaria. Vbi prædictis addit † etiam de consensu episcopi, Iudicem laicum in clericum iurisdictionem habere non debere, ut habetur in cap. decernimus. & in t. quanto, extra de indic. Imo quod valde notandum est, † nec summum Pontificem, ut clerici in curia seculari conueniantur, facere, aut concedere posse: & si fortasse fecerit, aut concesserit, Iudicem seculariem de clericis cognoscere non posse, ut voluerunt Card. & Abb. in cap. perpendimus, in repetit. extra de sent. excom. Referti. & sequitur Roman. in singul. in verbo, Pupa, versi. quarto. nunquid cum clerici sint exempti a legibus temporalibus, & in d. c. cum ecclesia sancta Maria, extra de constit. secundum Bal. in c. clericus, extra de pace tenet & ideo Princeps laicus nullus, quinimo nec Imperator ipse, legem cōdere potest, ut clericus committens crimen laesa maiestatis a iudice seculari puniri possit, ut dixit Bald. in loco supra adducto, nec id videatur sine ratione, cum lege diuina cautum sit per illa verba: Nolite tangere Christos meos, id est, clericos, ut notatur in Auth. de non alien. in princ. & idem voluit Andr. de Isern. in consit. incipiente, de person. sub Rub. vbi cleric. in malef. couen. vbi citat constitutionem Federici incipientem, constituimus, positam sub tit. de episcop. & cleric. licet lex illa non loquatur, quando clericus commisit crimen laesa maiestatis, & ideo † clerici legem Domini temporalis etiam in eorum favorem disponen-

tem recipere non tenentur, nisi ab ecclesia Romana approbata reperiatur, ut inquit Ioan. Andr. & Calder. in cap. extra de oper. noui nunciat. & Innocen. in cap. nouit, extra de iudic. vbi tradit etiam Panorm. & Alex. in d. consil. 105. vol. 4.

- 18 Animaduertendum tamē est pro prædictorum declaratione ad ea, quæ dixit Ias. in l. testamento omnia. nu. 4. C. de testam. dum authoritate Castrensi. in consil. 44. in causa Ægidii laici de Alamania conclu-  
dit, generale proclama † à iudice sacerulari sub hac formula prolatum, vt omnes quorum interest carceratum non relaxari, compareant: clericos etiam comprehendere, & ideo vt ipse inquit, in simili vo-  
luit Bald. in c. fin. col. 1. in fin. extra. de fide instru. præsup-  
ponendo, vt † in publicatione alicuius instrumen-  
ti citandus sit clericus: quærit, an talis publicatio à  
iudice sacerulari fieri possit? & fieri posse arbitratur;  
non via citationis, sed adhortationis, ad hoc vt inde in scientiam & cognitionem talis publicationis inducatur: quæ sola ei præiudicium inferre potest.  
20 l. sape. ff. de re iudic. Præterea, † quando citatio vti ci-  
tatio non subsisteret, vti scientia, quæ facta est, sub-  
stere omnino dicendum esset: nullaq; † iuris con-  
stitutione prohiberi posset. Verum ad prædicta redeundo, cautijs quidem esse putat, si clericum ab episcopo citari procuretur: si vero episcopus eum citare noluerit, præcedens decisio locum habeat,  
& obseruetur: & præseri si mora periculum sit allatura: & ita inquit Ias. ibidem num. 5. Bald. putare,  
si casus acciderit, cautijs esse obseruare, vt loci re-  
ctor, † coram quo testamentum insinuandum est,  
non ipse coram se immediate clericos citari man-  
det: quia id periculo carere uon diceretur, sed iu-  
dici alicui ecclesiastico, prout de iure commodius  
& tutius erit, rescribat: vt eos citet & moneat, vt in  
tali insinuatione quicquid habent, quod ei insinua-  
tioni obiicere possint, ad id obiiciendum pro suo  
interesse compareant. l. omnes. versic. verum si appar-  
itor. C. de episc. & cleric. non secus ac quando † citandus in alieno territorio est, rectori alterius territo-  
rii, vt eum citet, rescribendum est, vt declarat Bart.  
in l. 1. ff. de requir. reis.

- Dixit præterea Ias. in l. rem, qua nobis. num. 38. ff.  
24 de acquir. poss. si mandet iudex publicum † proclama proferri, quibusdam terminis assignatis & consti-  
tutis, vt ibi declarat Bart. inde bona esse vacantia sa-  
tis concludenter inferendum & firmandum esse,  
dominiumq; probari, id quod ex eo cōprobari vi-  
detur, quod notat Ang. in d. l. si vacantia, in 5. col. per  
illum text. C. de bonis vacan. lib. 10. dum inquit huius-  
modi † proclamatibus, si nemo deinde compareat,  
satis concludenter probari bona esse vacantia & ex  
consequenti ad neminem pertinere: & ideo fisco  
tanquam vacantia delata esse: & si, vt dixit etiam  
Alex. ille tex. contrarium potius probare videatur,  
& præsertim in verbo, monumentum, vbi alia et-  
iam ultra ipsa proclamata interuenerunt, vt inquit  
ibi gloss. At Raphael Ludouic. in d. l. rem qua nobis. di-  
cunt, illud quod Bart. de proclamatibus ait, vnde-  
quaque subsistere non arbitrantur, ea potissimum  
ratione, quod vox preconis paucis innotescat, auth.  
qui semel. C. quom. & quan. iud. & si id verum esse vi-  
deatur, si de prædictis edicta in locis publicis pro-  
ponantur. l. sed & si pupillus. S. prescribere. ff. de institut.  
act. vel cum viderit, mittit nuncios ad inquirendum  
à vicinis eiusdem loci, an quisq; alias dominus vn-

quam fuerit, vel possessor, per ea quæ tradit Bart. in  
l. in illa stipulatione. si Calendis, in fin. ff. de verb. obligat.  
Verum Imola & Ludouic. Roma. hanc Bart. decla-  
rationem impugnant; ob id quod huiusmodi pro-  
batio necessario non concludit, prout requiritur,  
in l. neq; natales. C. de probat. & in c. in praesentia, extra  
eod. tit. & ad l. locorum. C. de omni agro deser. lib. II. re-  
spondent ibi in prædiis tributariis speciale esse fa-  
uore fisci, ne inculta remaneant, vt supra tradit ibi  
Iason.

### C A P . L.

#### Argumentum est in Summario.

##### S V M M A R I V M .

- 1 Terminus ad agendum cuig; de iure communi imponi  
non potest.

**Q** Voniam supra in præcedeti conclusione mul-  
ta diximus de edictis terminum ad compa-  
rendum proponentibus, merito hoc loco admoni-  
endum esse duximus, id vi statutorum locorum  
inductum esse, vt etiam in præcedenti conclusio-  
ne attigitus. De † iure enim communi, vt inquit Ias.  
in d. l. rem qua nobis. nu. 39. ff. de acquir. poss. nemini  
ad agendum terminum, vel allegandum ius suum  
statutum videtur, vt inquit Aret. in d. l. rem, qua no-  
bis. & habetur in l. 1. C. vt nemo inuit. & tradit plene  
Bart. in l. Titia. C. de accus. & in l. Papinianus. §. si is, qui.  
ff. de inoff. testam. nisi aliqua iusta causa adsit, vt dixit  
Specul. in tit. de emp. & vendit. §. nunc dicendum, in fin.  
& Imola in l. de pupillo. §. si is, cui. ff. de oper. noui nuncia.  
At Ias. ibidem inquit pro iusta causa fortasse accipi  
posse, ne dominia sint in incerto. l. 1. ff. de vsu cap.

### C A P . L I .

##### A R G U M E N T U M .

Proclamate facto à iudice ad in-  
statiā empturi, infra tempus com-  
parere necesse est, nam illo elapso  
opponere nil potest.

##### S V M M A R I A .

- 1 Proclama si fiat ad instantiam emere volentis man-  
dato iudicis, vt quilibet qui prætendit ius in ea re  
infra quoddam tempus compareat, alias non au-  
diatur: elapo illo tempore opponere nihil poterit.  
2 Tempus vbi aliquod ad aliiquid agendum constitu-  
tum est, post illud tempus non admittitur, etiam  
quod dictum non sit quod non audiatur.  
3 Impleri cum aliiquid debet intra certum tempus, post  
tempus impleri, vel fieri non potest.  
4 Canonici, quibus facultas data est eligendi infra cer-  
tum tempus, post tempus eligere non possunt.  
5 Iurisdictio si alicui ad tempus mandetur, post tempus  
ea vti non potest.  
6 Actor non prosequens ius suum intra terminum sibi  
constitutum, illi renunciare censetur.  
7 Fructus percipiendi si quispiam ins habeat intra cer-  
tum tempus, co finito percipere eos non potest, et  
iam quod eos infra tempus constitutum non perce-  
perit.  
8 Vendere qui promisit infra tempus, post tempus ven-  
dere non cogitur.

9 Subst

# De Executionibus, Tractatus. §. 6.

347

- 9 Substitutio pupillaris ad tempus quoddam breuius facta, ultra illud tempus non porrigitur, & si duret adhuc etas pupillaris.
- 10 Proclama prolatum ab officiali ut qui aliquid petere velit a suo familiaris, intra quoddam tempus compareat, eo tempore transacto creditores hoc non obstante petere posse.

**Q**uoniam igitur, ut in praecedenti capite vidi-  
mus, terminum de iure communi cuiquam  
ad agendum non imponitur: merito consuetu-  
dine, vel statutis locorum, ut apponatur, multis in lo-  
cis constitutum est: Nam ut inquit Aymon Crauet.  
*in consil. 216. num. 21.* Vbicunq; ad initiantiam illius,  
qui emere vult, mandato alicuius officialis, vel iu-  
dicis proclamat, † ut si quispiam ius in ea re, quæ  
venditur prætentat, infra quoddam tempus com-  
pareat: alioquin eo elapsso tempore nihil obiicere  
vel opponere poterit, ut est text. in l. si eo tempore. C. de  
remiss. pignor. & c. fin. de election. lib. 6. Illa enim l. si eo  
tempore, similius loquitur, etiam si illa verba,  
quod alias non audietur, non exprimantur, & ideo  
ex ea colligitur declaratio ad omnia illa praæconia,  
leges vel statuta, in quibus talia verba adiecta non  
sunt, ut est etiam tex. in d. c. fin. vbi † tempus tantum-  
modo constitutum est, & eo elapsso non datur ad-  
missio, prout etiam tradit Anch. *in consil. 206.* visis  
actis & actitatis in causa, quæ vertitur inter nobis  
et virum. Ratio autem est, quia cum aliquid intra  
† quoddam tempus adimplendum est, elapsso illo  
tempore impleri vel fieri non potest. *l. statuliberi. §.*  
*Stichum. ff. de leg. 2. & l. 1. §. si mulier. ff. de liber. agnos.*  
4 dicitur canonicos, † quibus facultas competit eli-  
gendi infra quoddam tempus: post illud tempus eli-  
gere non posse. c. ne pro defectu, extra de election. & c.  
postquam, 50. dist. & c. vnico, de iure patro. lib. 6. Pariter  
5 etiam ille, cui ad certum † tempus iurisdictio de-  
mandatur, post illud tempus ea vt non potest. *l. si cū*  
*dies. §. si finita. ff. de arbitr. & l. 2. §. sed & si iudex. ff. de iu-*  
*dic. & tradit Lud. Rom. in consil. 431.* in terminis, dum  
6 expresse vult auctorem, † qui ius suum infra termi-  
num sibi constitutum non prosequitur, ei renun-  
ciasse videri, ita ut deinde audiri non debeat, eodem  
7 quoq; modo si alicui † ius percipiendi fructus intra  
quoddam tempus competat, eo elapsso fructus per-  
cipere non potest: & id ita verum est, ut procedat  
etiam si illos infra tempus constitutum non perce-  
perit, ut inquit Bal. *in consil. 120. sublata. vol. 2.* & An-  
char. *in consil. 301.* *viso diligenter tenore, circa finem.* &  
*in consil. 328. circa istam perceptionem, col. 1.* Habemus  
etiam in iure, eum qui aliquid intra constitutum  
8 quoddam tempus † vendere promisit, post illud  
tempus vendere cogi non posse. *l. 2. C. de past. inter-*  
*empt. & vendit. & tradit Angel. in consil. 199. Titius*  
9 rem. Item substitutio † pupillaris ad certum quod-  
dam breuius facta, ultra illud tempus non extendi-  
tur: & si etas pupillaris adhuc post illud tempus  
permaneat. *l. sed & si quis ita. vbi tradunt late Doct.*  
*ff. de vul. & pupill. & Raphael Fulgos. in l. pars literarum,*  
*num. 1. versic. in gloss. 1. ff. de iudic.* authoritate Angeli  
ad potestatis proclamata aliorumque officialium,  
prout quotidie obseruat, inferebat: Nam vide-  
mus quotidie, rectores locorum seu officiales in  
deponendis officiis seu magistratibus, prout etiam  
plerisque in locis iure municipalis cautum est, pro-  
10 clamata † publice ferri mandare, ut quilibet qui

aliquid ab eis ministris vel familiaribus petere vult  
infra quendam terminum compareat: nam eo  
tempore elapsso, etiam quod creditores non com-  
paruerint, adhuc tamē suum creditum petere pos-  
se, Ang. eo in loco existimauit, mouetur autem ea  
ratione, quod eorum iudex non sit. At Fulgo. id no-  
tandum dixit, quia forte verum non est, ut est in tex.  
in c. personam, extra de appellat. & facit illud quod ibi  
notatur. Nec sine causa dixit Fulgo. esse notandum,  
forte verum non esse: Nam praecedentibus deci-  
sionibus contrarium suadetur.

## C A P. LII.

### Argumentum est in Summario.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Proclamata proferri in causis confiscationum fiscus curare solet.

**O**mittendum ultimo loco non videtur, † fiscum t  
huiusmodi proclamata in causis confiscatio-  
num proferri curare consueisse, ut inquit Abbas  
*in consil. 105. num. 1.* ut scilicet quilibet, qui in bonis  
ius prætendit, intra quoddam tempus compareat,  
& de iure suo doceat, tunc enim comparere & co-  
tradicere tenetur, etiam si ius fideicōmissi & condi-  
tionalis habeat: alioquin caderet a iure suo, ut late  
concludit Ias. *in l. si stipulatus fuerit. §. cum stipulatus,*  
*col. 2. ff. de verb. oblig.* & Curt. iun. *in l. 1. num. 76. 77.* &  
*78. ff. si cer. pet.*

## C A P. LIII.

### Argumentum constat ex Sum- mario.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Creditores vere & proprie qui dicantur.

**Q**uoniam executiones, de quibus agimus pli-  
tunq; inter creditores sunt, & debitores: me-  
rito hoc loco antequam ad alia transeamus, de cre-  
ditoribus & debitobus nonnulla dicenda sunt:  
& in primis creditores, † qui vere & proprie sunt, t  
inspicendum est: deinde vero qui creditorum ap-  
pellatione continantur. Redeundo igitur ad rem  
propositam, Vlpianus in l. creditores accipiendo. ff. de  
verborum significat. dixit. Creditores accipiendo  
esse constat eos, quibus debetur ex quacunque a-  
ctione, vel persecutione vel iure ciuilis: sine villa ex-  
ceptionis perpetuae remotione, vel honoratio, vel  
ordinario, vel extraordinario: siue pure, siue in  
diem siue sub conditione, quod si natura tantum  
debeat, non sunt loco creditorum: sed et si non  
sit mutua pecunia, sed contractus, creditores acci-  
piuntur. Hanc definitionem veram esse inquit Lu-  
douic. Bolog. *in rub. nu. 8. ff. de reb. cred. si cer. pet.* quic-  
quid dixerit Bart. in d. l. creditores. dum veram de-  
finitionem non esse ex eo existimauit, quod credi-  
tor conditionalis, qui exceptione remoueri & re-  
pelli potest, ab Vlpiano in d. l. creditores, creditor ap-  
pelletur, & ideo dixit Soc. iun. *in consil. 49. nu. 7. vol.*  
3. creditores omnes illos appellari, quibus aliquid  
per legem debetur. Videtur igitur Vlpian. eos esse  
creditores intellexisse, quib. vere debetur, licet sub  
conditione debeat, propterea quod conditio vel  
dies tales exceptiones dici non possunt, que minus  
debeti efficiant: quandoquidē pendente conditio-  
ne vel

ne vel die, vere sunt creditores: eis vero defectis, nihil sunt. Concludunt tamen frequentioribus calculis Doctores nostri, vt illi vere & proprie creditores dicantur, qui alienam fidem sequuntur, vt est *tex.* & ibi notant *Castrens.* Alex. Decius, & Riminal. in l. i. ff. si cert. petat. & refert excellentissimus, & nuncquam satis laudatus, Hippol. Riminald. iunior in consil. 73. num. 10. & 11. vol. 1. Inquiens, idem firmitate Antonium Palmeri. Neapol. ibidem, col. penult. cuius commentaria manuscripta ipse apud se esse attestatur. Id autem ab etymologia vocabuli derivatum credit Roman. in consil. 142. in princ.

## C A P. LIII.

## A R G V M E N T U M.

An statutum de creditore loquēs  
ad emptorem extendatur.

## S V M M A R I A.

- 1 Emptor creditor, an dici possit.
- 2 Statutum loquens de ereditore, ad emptorem non extenditur.
- 3 Creditor si in genere accipiatur, ille est, cui aliquid debetur.
- 4 Argumentum à contrarietate cuitanda.
- 5 Contraria duo simul esse non possunt.
- 6 Contrariorum natura ea est, vt se mutuo expellant.
- 7 Creditoris appellatione, emptores & credidores comprehendendi, qui tenuerint.
- 8 Possidens vel iussus possideri creditori vel fideiussori secundo loco contrahenti praejudicare non debet.
- 9 Creditori & fideiussori non praejudicat primus contractus alienationis.
- 10 Statutum, vel aliud ius exorbitans, vel stricte intelligendum, ex identitate rationis extenditur.
- 11 Beneficii appellatione in materia exorbitanti & correctoria, amplectitur non solum beneficium simplex, sed etiam curatum.
- 12 Beneficii appellatione ex propria significacione non comprehenditur beneficium curatum, vel dignitas.
- 13 Significatione vocabuli *late*, quod comprehenditur ex mente speciali esse potest.
- 14 Matrimonium prohibitum inter pupillam & tutorem extenditur ad filios & nepotes tutoris.
- 15 Statutum disponens de creditore, habet etiam locum in emptore.
- 16 Extensio ex identitate rationis sit etiam in materia exorbitanti & paenali.
- 17 Ratio eadem vbi est, & mens quoq; conuenire dicitur, & esse ex mente statuentium.
- 18 Statutum loquens de creditore ad emptorem, quando extendatur.
- 19 Emptori quando aliquid deberi dicatur.
- 20 Venditor si in totum, vel pro parte habeat fidem de pretio, vel aliquo alio modo ei aliquid debeatur, appellatione creditoris continetur.

**S**TANTE PRÆCEDENTI CREDITORUM GENERALI DECLARATIONE AD PARTICULARIA DESCENDENDUM EST, INTER QUÆ QUARUNT DOCTORES NOSTRI, AN EMPTOR, CREDI-

TOR dici possit? Quia in re excellentissimus Hippolytus Riminaldus hanc questionem docte & prudenter pertractans in eodem consilio, paulo ante in præcedenti conclusione relato, num. 10. emptorem creditoris & appellatione non comprehendendi arbitratur: & ideo inde inferendum esse, vt & statutum de creditore loquens ad emptorem non extendatur: Imo si aliqua huiusmodi statuti extensio facienda sit, debeat potius ad venditorem quam ad emptorem extendi, si fidem de pretio habeat. *I. quod vendidi ff. de contrahen. empt. & §. vendita. Insit. de rer. diuis.* Quandoquidem si creditorem & generaliter accipiamus, ille vere est, cui aliquid debetur: & ideo cum pretii solutionem expectare debeat, dubium non est, quia fidei debitoris, quicquid illud sit, quod ei debetur, crediderit, vt declarat Conanus in comment. iur. ciuil. lib. 7. cap. 1. col. 2. Id autem de emptore nequaquam dici posse videtur, cum re ei tradita, nihil amplius à venditore expectare vel consequi possit, vnde est, vt fidem venditoris sequi non datur. His sic in iure existentibus, cum verba statuti de creditore loquentis emptori conuenire non videantur, vtique nec eius dispositionem conuenire dicendum est. *I. i. §. toties.* vbi tradit Bart. & sequuntur alii. *ff. de dam infect. cum vulgari.* Comprobari etiam optime videtur hæc conclusio argumento à contrarietate & cuitanda, quæ quidem in qualibet 4 materia interpretatione ipsa, si fieri potest, remoueri ac tolli debet, prout in hismet terminis statutorum notat Abbas in c. gratum. & in c. super questionem, in 3. notab. extra de offic. deleg. & Decius in l. pacta nouissima. C. de pact. post Alex. in consil. 140. viso alias testamento, col. 4. vol. 2. & August. Beroris in consil. 80. num. 15. vol. 3. & Cephal. in consil. 296. num. 19. Nec sane immerito, cum duo & contraria non solum simul non conueniant, sed nec esse etiam possint. *I. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* Se enim inuicem elidunt, sibiq; repugnat, vt inquit ibidem Decius & Cagnolus, per tex. in l. C. de furt. & in l. scriptura. C. de fidei instrum. & tradidit antea Philosophus §. Metaphys. dum inquit, naturam & contrariorum eam esse, vt 6 mutuo se expellant, & sequitur Socin. in consil. 27. num. 1. vol. 4. & Neuic. in consil. 66 at si statutum, num. 51. sed sic est, quod hæc sibi inuicem, vt sit creditor & sibi nihil debeatur, repugnare videntur: ergo vt sub nomine creditoris comprehendatur, dicendum videtur.

Contrariam vero opinionem sequutus est Alex. de Neuo in consil. 77. nu. 8. concludendo & appellatione creditoris emptorē ac venditorem comprehendendi, per tex. in l. sic u. Mouetur autem arguendo ab identitate rationis, eandem namq; rationem in venditore vel in alio contrahente, esse arbitratur, quæ in venditore, vel fideiussore sit: Quemadmodum enim possidēs & vel possidere iussus creditori & vel fideiussori præjudicare nō debet, qui secūdo loco contraxerint ob id quod primum contractum ignorare præsumātur, pariter etiā secundo emptori primam venditionem ignorantē præjudicium afferre nō debet. Sicut enim & creditori & fideiussori primus contractus alienationis præjudicium non assert, eadem ratione secūdo emptori præjudicare non debet: Nam imputandū est primo contrahenti, quod corporalem possessionem non accepit: vel quod primum contractum insinuari non curauerit, & id probat ipse Alexander de Neuo duabus vulgatissi-

vulgatissimis regulis. Prima est, quod statuta vel alia quælibet iura exorbitantia vel stricte intelligenda, ex identitate rationis de stricta ad latam significacionem extenduntur, ut inquit glossa in clem. auditor, in 11 verbo, beneficio, de rescripto dum vult, ut in appellatione beneficij etiam in materia exorbitanti & correctoria non solam venia beneficium simplex, sed etiam curatum, etiam quod sit dignitas: & id firmat ibi Buttr & Ioá. de Imola authoritate illius gl. Beneficij 12 namque appellatione, secundum propriam significationem, beneficium curatum, vel dignitas non comprehenduntur. c. fin. de præben. in 6. & clem. 1. eod. tit. & notatur in c. 1. de reg. iur. in 6. Attamen ob identitatem rationis dicta clem. auditor, in beneficio curato & in dignitate locum habet: quo sit, ut verbi beneficij significatio ob idem rationis extendatur. Ratio autem, ut ipsi arbitrantur, ea est: quia illud 13 quod lata vocabuli significatione comprehenditur, ex mente quoque speciali esse potest. Idem præterea dicit Imola in verbo, eligatur, in clem. 1. de elec. & Cynus post Nicol. de Mattarel. in l. 1. vers. tertij dicunt. C. quasit longa consuet. & probatur in l. Senatus. ff. de 14 ritu nupt. ubi constitutio prohibens matrimonium inter pupillam & tutorem, ad filios & nepotes tutoris extenditur. Hanc præterea regulam posuit Aret. in §. ius autem ciuile, vers. prima regula est, Instit. de iure natur. gent. & ciuili. Cum igitur creditoris appellatione late saltem accipiendo emptor proprehendatur, statutum loquens de creditore, ex quo est eadem ratio, ad emptorem quoque extendi debet. Alia præterea regula inouebatur, quod in materia 15 tertia pro quoque exorbitanti & penalib[us] ybiscunque militat eadem ratio, fit extensio, ut dixit glossa in clem. 1. in verbo, Italiae. de tempore ordinatio. & in clem. 2. in verbo, lineum, de vita & honest. cleric. & idem voluit Bald. in l. data opera. col. 8. C. qui accus. non poss. & in l. si quis seruo. C. defurt. & in l. illud, col. 2. C. desaerofanct. eccles. & in l. omnes populi, col. 2. ff. de iust. & iure. & in l. de quibus, colum. 16. ff. de legib. Vbi enim est eadem ratio, ut mens quoque dicitur conuenire, sive sequitur ipsum statuentium. l. cum mulier. ubi hoc firmat Bart. ff. soluto matr. & notat Dynus in c. fi. de regul. iur. in 6. & voluit etiam Abbas in cap. fi. extra de rescripto. Vnde cum sit eadem ratio in venditore, que est in emptore, vel fideiussore, statim disponens de secundo creditore, vel fideiussore, merito in secundo emptore locum 16 habere debet. Concludendum igitur est, ut quodcumque statutum de creditore loquens, ybiscunque emptori aliquid debetur, ad emptorem protrahi & 17 extendi: Emptori autem aliquid deberi, ut multis modis contingere potest: qui quidem, cum euenerint, considerandi & distinguendi sunt, ut putasi emptoris res euicta sit. Nam tunc venditor ei de euictione tenetur, quo sit ut emptori aliquid debeatur: præterquam quod quando etiam res non euincetur, ut impensarum, seu damnorum creditor remaneat, accidere potest. Quando igitur statutum illud tantum inspicit & attendit, ut agenti aliquid 18 debeatur: consequens etiam est, ut emptor cui aliquid debetur, vel etiam venditor, qui totius vel partis pretij fidem habuerit, vel cui aliquo modo aliquid debeatur; ut multis modis, quos hic recenserem non expedit, accidere potest: & ideo dixit L. douicus in rub. ff. si cert. pet. numero ii. omnes velle, ut ille cui aliquid debetur exempto, verus creditor dicatur.

## CAP. LV.

### ARGUMENTVM.

Sub conditione creditor an vere  
& proprie creditor dicatur.

### SUMMARIUM.

- 1 Creditor sub conditione, an dicatur versus creditor.
- 2 Conditioni quod subest, non est proprie tale.
- 3 Gabella si de contractu soluenda est, de contractu conditionali non soluitur.
- 4 Contractus conditionalis, non est proprie contractus.
- 5 Statutum faciens mentionem de fratre vel patruo, non intelligitur de fratre patruo, vel patruo magno.
- 6 Excommunicatus sub conditione valide impetrat rescriptum: & pendente conditione, non dicitur excommunicatus.
- 7 Donatio sub conditione ante purificationem conditionis nihil operatur.
- 8 Creditor sub conditione quod dicatur proprie creditos.
- 9 Creditores qualificatiue, an dicantur vere creditores.

Prosequendo rem propositam querendum est, an creditor pro sub conditione, vel in diem, vere creditor dici possit? Qua in re variæ fuere Doctorum opiniones. Alij enim vere creditores non esse existimarent, ea potissimum inter alias ratione moti, quod ab eis iniuris pecunia extorqueri non posset, quo sit ut nec creditores, nec debitores dicantur. l. debitor. ff. de verb. sign. Appellatur enim creditores non quidem simpliciter, sed cum illa adiectio ne diei vel conditionis. l. cōditionales. & l. debitor. ff. ed. tit. de verb. signi. & ideo proprie creditores dici non possunt, ut inquit Bart. in l. Lucius. §. quæsum. ff. de leg. 3. Comprobant præterea hanc conclusionem huiusmodi ratione. Illud, ut quod sub cōditione dispositum est, tale proprie dici non potest. l. 1. ff. de donatio. cuius tex. auctoritate & decisione dixerunt Alex. & Raph. in l. si pater. col. 5. C. de instit. & subfit. filium sub conditione casuali in institui non posse, propter ea quod cum esset sub conditione institutus, proprie institutus dici non posset. d. l. 1. unde etiam dixerunt in l. col. 3. ff. de vulg. & pupil. quod si ex contratu & gabella soluenda sit, de contractu conditionali non soluetur. & ratio est, ut supra diximus, quia & contractus proprie non est, sequitur hanc cōditionem lac. Niger in l. 1. num. 75. ff. si cer. pet. per text. in l. etiam, in fi. cum tribus sequentib. ff. de petit. hered. vbi expresse habetur debitorē hereditatis condemnari, etiam quod ex delicto debitor sit, & tamen tex. in l. quod si in diem. ff. codem titul. deperit. hered. disponit debitorem, in diem vel sub conditione condemnandum non esse. Præterea hanc opinionem sequitur Alex. eam cōmūnem afferens, in d. l. 1. nu. 45. ff. de reb. credit. si cert. pet. Pro qua inquit facere gl. in d. l. 5. creditum, in vers. post nuptias. ff. eod. tit. & ita inquit intelligendum esse tex. in l. si in cui. in fi. ff. de actio. & obligat. & ideo subdit ibi Alex. nu. 46. ut huiusmodi conditionales creditores, à statuto faciente mentionem de debitore, vel creditore, non comprehenduntur: quæadmodum etiam in simili dicere solemus, legem vel statutum de fratre loquens vel patruo, de fratre patruolo vel patruo magno intelligendum non esse & ratio est, quia non sunt fratres vel patrui simpliciter, sed cū illa adiectione, ut inquit Bart. in d. l. Lucius.

§. quasitum ff. de leg. 3. & Bald. in c. i. in tit. de feu. March. & in l. i. post Iacob. Butrig. C. de success. editio. Item hanc eandem opinionem sequitur Iaf. in d. l. i. num. 48. ff. si cert. pet. Vbi eos quoque à statuto de creditore loquente non comprehendendi pro comperto habet, sequitur eandem opinionem Soci. in eadem l. i. nu. 47. ff. si cer. pet. & idem voluit Alex. in cons. 56. nu. 5. vol. 5. & tradit Quintilian. Mando. in Regula 32. de imp. bon. vaca. per obit. famili. Cardin. quest. 18. nu. 8. dicens Anto. Negus. in tract. de pigno. & hypot. in l. membro. 5. part. princ. nu. 26. afferere, hanc esse contrariam opinionem: & id ex eo comprobare videtur, t̄ quod excommunicatus sub conditione rescriptum valide impetrat, præterea quod ea pendente excommunicatus non censetur. c. præterea, extra de appell. & tradit Petr. Anch. in cons. 58. ex narratio. vers. concludendum est. Vb̄ etiam dixit, tex. in c. i. de rescrip. in 6. in excommunicato sub conditione locum non habere. & sequitur Alber. Brunus in cons. col. 7. Conditionalis enim dispositio, à conditionis eventu suum sortitur effectum, non ante. l. pecuniam. ff. si cer. pet. & l. i. & l. legata, & l. qui heredi. §. si ff. de condit. & demonst. & l. cedere diem. ff. de verbos. signi. & Oldrad. in cons. 175. num. 1. & Alexan. in cons. 78. visis quam eleganter, ante finem. Dum inquit, t̄ donationem sub conditione factam antequam purificetur, nihil efficere aut operari. vol. 4. & voluit etiam Gratus in consil. 26. & si causa. nu. 22. & in cons. 81. viso legato, num. 79. vola. 2. Præterea hanc esse communem opinionem voluit etiam Benincala in rub. Instit. de actio. num. 28. & eam sequitur Tiraquel. in tit. de retract. lignia. §. 2. auenda. gl. 2. num. 22.

¶ Contrariam vero opinionem, quod immo creditor sub conditione vel in diem dicatur proprius creditor, tenuit Ludou. Bologn. in eadem rub. ff. si cer. pet. nu. 16. & primum mouetur per tex. in d. l. creditores. ff. de verbos. signif. dum ibi dixit Iureconsultus, siue pure, siue in diem, vel sub conditione, &c. Cum enim ibi Vlpian. & quiparet creditorē conditionalem, purum vel in diem in hoc, vt omnes dicantur creditores: inter eosq; nullam differentiam faciat: merito nec nos quoq; eam facere debemus. l. si seruum. §. nō dixit prator. ff. de acqui. hered. Secundo præterea loco mouetur per tex. in d. l. conditionales, cum l. sequenti. ff. de verbos. signif. vbi tex. eos conditionales appellat, quibus sub conditione debetur: & ex his dixit Bologninus ad ea, quæ in contrarium adducuntur, facile responderi posse. Nec etiam obstat dicit, quod conditionales creditores appellantur, & sic cum illa qualitate; præterea quod cum id sit de quo disputamus, inde argumentū sumi nō debere. Non concludit igitur argumentum, non sunt vere creditores: quia sunt cum illa qualitate conditionis, cum nihil aliud queramus, nisi an creditores conditionales, & sic cum illa qualitate vere creditores sunt, & præsertim cum lex eos creditores appellat: & præsertim tex. in d. l. creditores. Minus etiā obstat arbitratur tex. in d. l. i. in versic. mox recepturi. ff. si cer. pet. in quo aliam opinionem sequentes vim magnam faciunt. Inquit. n. text. illum non solū eorum conclusionē non pbare, sed si recte pōderetur, potius contrarium inferre, si hoc modo inducatur. Nam multis expositionibus prætermisis inquit verbum illud, recepturi, participium futuri temporis esse: & ex cōsequenti ad indicendā conditionē accōmodarā. l. Stichum qui meū erit, in prin. ff. de leg. 1. & notat

Bart. in l. i. in fi. ff. de cond. & demonst. & ideo ut præsens creditor sit, opus nō esse. Vel secūdo modo respondet, dictionem, mox, verbū credere respiciat, non autē participium recepturi. Pariter etiam dicit, iure non probari differentiam Iacobi Butrig. & al. orum dicentium, quo ad vocabuli etymologiam, creditorem saltem dicendū esse, licet fortasse quo ad alia aliter dicendum sit, pp̄terea q̄ id iure probari nō videtur, cum iura ad id adducta vocabuli etymologiæ nec expresse, nec tacite mentionem faciant: & ita inquit Bologninus diputando, licet consulendo non recedat ab opinione Bart. de qua supra: & præsertim si loquamus de statutis odiosis & à iure cōmuni exorbitantibus de creditorib. mentionem facientibus. Hanc præterea opinionē sequitur Ioan. de Pratoueteri in d. l. nu. 9. ff. si cer. pet. Mouetur autē ea ratione, q̄ creditor in diem illius fidem sequivideretur, cui tempus ad soluendum reseruatum est: & si interim vere & realiter & cum effectu cōtra eum agi non possit: Nā destinata actio & obligatio spem infallibilem habet; colligitur huiusmodi argumentum à simili de mutuo: Mutuum namq; statim repeti non potest, vt notatur in l. ff. de reb. credit. & in l. qui Roma. ff. de verb. oblig. Attamen mutuatis credit est, vt habetur in l. i. ff. de reb. credit. & rursus ex eis, quod dixit Bartolus in d. l. i. ff. si cert. petat. dum voluit, fideiussores etiam principalis vere creditores esse: & si contra fideiussorem statim agi non possit, sed prius principalis excutiendus sit, vt habetur in l. fin. ff. si cert. petat. Item hanc eandem conclusiōnem defendere videtur Iacob. Niger in d. l. i. nu. 75. ff. si cert. petat. ex eo quod creditor in diem debitoris fidem sequutus dici debet. Accedit existimasse Alex. quo ad etymologiam vocabuli vere creditorem dici posse, & ideo ipsum etymologiam attendendā esse, vt voluit Bart. in d. l. & si sibi contrarius videatur, dum vult in text. d. l. i. ff. si cert. petat. propriam significationem attendendam esse: & ibi creditoris etymologia ponatur: non autem text. in d. l. debitor. ff. de verbos. signif. & licet quamplures Alex. & alios impugnare videantur, negantes etiam quo ad etymologiam vere creditores dici posse: corum tamen argumenta, vt inquit Niger, refelluntur. & primum dum ex eo mouentur, quod non dicantur fidem sequi, cum fides propter conditionem dubia sit. l. cedere diem ff. de verbo. signif. Fides namque credulitas indubitate est. l. i. C. de summa Trinita. & fide cathol. Item dum secundo loco mouentur eadem l. i. ob illa verba, mox recepturi, quasi præsupponat ille tex. eum esse omnino recepturum: id quod esse non potest in creditore conditionali. Comprobatur hoc tex. in l. secunda. in principio. ff. si cert. petat. ibi recepturi non eandem speciem, quam dedimus. & in s. ex conuentionali, Instit. de verborum obligatio. dum vult expresse ille text. spem esse in debitu iri. Nam antequam spes illa certa sit, debitum esse dicendum non est, cum conditio nihil ponat in esse. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testamen. Verum his non obstantibus hanc eandem opinionem, quod vere creditores dici possint & debeant, sequitur niger & plaribus confirmat. Fidem namque ortam esse arbitratur quamprimum orta est promissio. §. vendite. Instit. de rev. diuisio. & notat gloss. in rub. C. de summa Trinitat. & fide cathol. dum fidem variis modis dici refert, & probat text. in d. l. i. ff. si. cert. petat. ibi, alienam fidem sequuntur,

Fides

Fides enim est tam praesentis quam etiam praeteriti & futuri: licet spes futurum tantum designet, vt inquit Abbas in rub. extra de summa Trinit. & ideo mirum non est, si spes etiam sub fide comprehendantur. Pariter etiam vt fides & spes conueniant, voluit Abbas in rub. extra de summa Trin. Confirmatur id: hac ratione constitutum vt sit debitum esse opportet. l. i. §. debitum. ff. de constit. pecun. Vnde cum illud edictum ex nudo pacto det actionem, propterea quod gracie est fidem fallere. l. i. in princ. ff. de constit. pecun. ex quo debitum in diem constituitur, l. i. §. fin. de constit. pecun. Nec non etiam sub conditione. l. i. quod. ff. de consti. pecu. licet quo ad ipsam exactio nem vere, & vt aiunt, effectuale debitum non sit. d. l. cedere diem. ff. de verb. signific. Quin autem debitum & creditum dici debeat, negari non potest. Rursus dicit non obstat text. in d. l. i. vers. recepturi. Quia ad eam quoque receptionem respicere videtur ille text. quæ si conditio purificetur, fieri potest, & sic ad effectum solutionis: & ita loquatur l. 2. in prin. ff. si cer. pet. ibi recepturi. Præterea inquit non obstat text. in §. ex conditionali, dum inquit, spem esse in debitum iri, scilicet effectuale, & exigibila. ob id tamen qui antea sit debitum, dicendum non est. Patet ex prædictis satis concludenter confirmari opinionem illam, quæ Bar. o buersatur. Quæ quidem potissimum in debitorem in diem locum habere videtur, cum debitum tale sit, q̄ effectum consequi possit. l. in diem. ff. de cond. indeb. Hanc præterea conclusionem tueri conatur Curt. iun. in rub. ff. si cer. pet. num. 72. eis duobus fundamentis, de quibus supra mentionem fecimus, merito hoc loco non repeto.

Patet ex suprascriptis duas extare hac de re & lati contrarias opinones, & ideo Decius in rub. ff. de reb. credit. num. 29. eas concordare conatur hunc in modum. Hanc enim posteriorem conclusionem, vt scilicet creditor in diem, vel sub conditione vere creditor sit, tunc procedere arbitratur, cum de materia indifferenti tractatur, quæ pariter tā creditori sub conditione, vel in diem, quam creditori pure conueniat. Comprobant hanc suam opin. per text. in l. possessionē. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & in l. in omnib. ff. de iudic. & facit etiam illud, quod notat gl. in auth. minoris debitoris, in vers. hac autem. C. qui tuto dari poss. At secus quo ad exactio nis effectum, prout (vt ipse arbitratur) loquuntur leges, quæ hac de re à Doctribus nostris deducuntur. Plane si in contractib. aliqua solemnitas requiratur: eandem quoq; in contractu conditionali necessariam esse dubium non est. l. donatio. ff. de donat. & ideo dixit Decius, gl. Bar. & Doct. in d. l. i. ff. de donatio. concludere, donationem conditionalem, donationem vere ac proprie dici. Et licet tex. ibi contrarium inferre videatur: attamen ex eo obiectum tollere conatur, quod de donatione onerosa loquatur, quæ vt donatio ob causam facta videatur efficere solet, non autem ob meram liberalitatem, vt natura donationum est. At secus est, vt ipse inquit, in simplici donatine, quæ extrinsecus apponitur. Hanc declarationem Decij sequitur Alciat. dicta l. prima, numero 40. ff. si cert. petat. dum ait, satis esse distinguere, vt si de effectu exactio nis loquamur, talis proprie creditor non sit, & ita procedat communis sententia: si vero de forma & solemnitate contractus tractetur, secus sit, propter ea quod tunc proprie debitum subesse dicendum est. Idem quoque esse censet, si de materia agatur,

quæ promiscue tam conditionali quam puro creditori conueniat. & idem etiam esse arbitratur, si conditio talis sit, quæ exceptionem perpetuam nō inducat, vt infra de fidei usore dicetur: Vel conditio omnino sit euentura, vt inquit Roman. in d. l. i. ff. de reb. credit. & ideo idem generaliter in creditore in diem dicendum est: certum namque est, diem venturā esse: & ideo à principio obligatio & actio oritur, vt inquit Bart. in l. ita stipulatus, in 2. questio. ff. de verborum obligatio. & ideo animaduertendum est, non bene inter se conuenire debitorem in diem & conditionalem, sed inter eos magnam esse differentiam: Nam, vt diximus, in obligatione in diem à principio nascitur obligatio & actio: ita vt si ante diem soluatur, repetere non possit. l. in diem. ff. de condit. indeb. quæ satis concludenter probare videatur, debitorem in diem proprie creditorem esse. Comprobatur hæc declaratio, quia tunc etiam vocabuli etymologia concurrit: quæ vt inquit Barto. in d. l. i. ff. si cert. pet. propriam significationem denotat. nec videtur ex alio obstat dicitionem, mox, in eo tex. appositam, quia si id attenderemus, illud quoq; consequeretur, vt si mutuans terminum ad soluendum constitueret, mutuum non esset: quod quidem si diceremus, valde absurdum esset: & hoc idem tenet Alciat. in d. l. i. Nam postquam conditio euenit, vt proprie retro creditor fuerit dicendum est. & ideo dixit Menochius in conf. 89. nu. 142. quod licet creditor conditionalis in hoc quod creditum suum exigere possit, vere creditor dici non possit, vt dicant Doct. in d. l. i. attamen proprie in cæteris creditorem dici posse, ne ius suum lædatur, sicut etiam videmus eum in possessionem mitti, vt ei ad legatum consequendum cautū sit eueniente conditione. l. in possessionem, in princ. ff. ex quib. caus. in poss. eat. & idem iterum voluit Menoch. in 5. membro. num. 24. recuper. possessio.

## C A P. L VI.

## Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- 1 Creditor in diem vel sub conditione dicitur vere creditor, quādo alioquin dispositio effectum sortiri non possit.
- 2 Compensare promittens quicquid debet, tenetur compensare debitum in diem, si nihil aliud debeat.

**Q**uoniam prima conclusio, de qua supra, quam posuit Bartol. & sequuntur quamplures alij, vt scilicet creditor in diem, vel sub conditione non dicatur vere & proprie creditor, magis communiter teneri videtur: merito ea retenta in quibus casibus limitatur videndum est. Primo igitur loco eam limitat Iacob. de Nigr. in d. l. i. num. 78. ff. de reb. credit. si cert. pet. Quatido alioquin dispositio suum effectum sortiri non posset: Nam tunc licet debitum in diem, vel sub conditione vere debitum dici non possit eo tamen casu vere debitum dici debet: & ideo in his terminis habetur, † quod si quispiam quicquid debet, compensare promiserit: si fortasse in diem debitor solummodo sit: nihilq; aliud debeat, ad compensandum id quod debet, et iam si sit debitum in diem, obligatum esse. Ratio autem est, quia alioquin promissio nulla esset, contra ea quæ habentur in l. si quando ff. de lega. i. Hanc

limitationem in his terminis sequitur Alex. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur ff. de verb. oblig. id quod de debito etiam sub conditione dicendum est, argu. l. si fundus, qui locatus. ff. de fundo instr. & sequuntur Ias. & alij in d. §. cum stipulamur. Cōprobatur hæc limitatio ex iis, quæ voluit Alex. respōdendo ad dictam l. si cui. §. Flavius. ff. de solut. dū vult: vt appellatio crediti, creditum quoq; ex causa fideicōmissi comprehendatur, ob id quod nullum aliud esset creditum. & idem voluit Barb. in c. cum Ioannes, col. 5. extra de testam. Facit etiam illud, quod dixit Benincasa ex mente Bar. Castren. & Imola in d. §. Flavius, q; quando testator creditoribus satisfieri mandat, an censeatur illis creditoribus satis fieri mandasse, aduersus quos testator se exceptione præscriptionis defendere poterat, vt puta præscriptione decē annorū statutaria? Qua in re licet Bar. Castren. & Imola, vt non censeatur mādalle, intelligere videantur, prout iterum idem voluit Bar. in l. legau. ff. de liber. legata. & rursus Bar. Bal. Paul. Castren. Imola & Soci. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condit. & demonstra. & Ias. in l. si fideiussor. num. 2. ff. de leg. i. id tamen quod etiam optime facit ad rem nostram, limitat Bald. & Imola in d. §. dominus, quando testator aliud debitū non haberet, propterea quod tunc mandando satisfieri creditoribus, de eis etiam intelligendum eset, & si aduersus eos testator se tueri posset, arg. d. l. fundus q; locatus. ff. de fundo. instr. instrumētōg. lega. & tenuit Bal. & sequūtur Cuma. & Soc. ibi. At si testator alia debita haberet, secus eset, & hanc præterea cōclusionem sequitur Ferran. Loaz in l. filius familias. §. Diui. nu. 59. ff. de leg. i. dum in terminis nostris dixit, quod si testator mandet suis creditoribus satisfieri, de conditionalibus intelligendum nō esse, nisi fortasse alia debita quam conditionalia non haberet. & eam quoq; sequitur Benincala in §. superest. n. 477. cum seq. Inſtit. in actio. Facit etiam illud, quod dixit Ioan. Ceph. in conf. 278. n. 39. vol. 2. dum inquit, quod si statutum mandet res sub hasta & præcedentibus proclamationibus vendi, & quod prætendens ius aliquod in re vendita, comparere teneatur, illum etiam qui ius conditionale prætendit, comparere debere, quia verbum illud in alio verificari non poterat; & ideo de conditionali intelligendum esse, ut etiam quando in fortioribus terminis, quando competenter ex testamento, concludunt omnes in l. sita scripsisset. ff. de leg. 2. & in d. §. cum stipulamur, & in d. §. duo fratres. q. 6. & 12. vbi inter alios Ias. nu. 101. & 102. & Ripa nu. 62. per tex. in l. 2. ff. de lib. & posthum. & in d. l. fundus, qui locatus. ff. de fun. instr. & Soc. per illū text. in l. quibus diebus. §. dominus, in 4. notab. & Ruin. in l. nemo potest. col. 15. vers. & istud puto verum. ff. de leg. 1. & in conf. 68. nu. 4. vol. 4. & Fel. in c. 2. nu. 14. extra de reſcript. & Petrus Gerardus à Petra sancta in sing. 35. & Durās de arte teſtan. in tit. de legat. caut. 19. n. 2. & caut. 30. & Crau. in conf. 27. num. 14. vers. postremo.

## C A P. L V I I .

## A R G V M E N T V M .

An debitum in diem, vel sub conditione in vltimis voluntatibus vere debitum dicatur & appellatio debiti comprehendatur.

## S V M M A R I A .

- 1 Debitum in diem, vel sub conditione, in vltimis voluntatibus vere debitum dicatur, & debiti appellatione comprehenditur.
- 2 Testator si mandet vt satisfiat omnibus suis debitū, non comprehenditur debitum naturale.
- 3 Vsuras restitui si testator mandet omnibus suis debitoribus, non comprehenditur debitor naturale.
- 4 Vsuras restitui si mandet testator, intelligitur illis quoq; restituendas esse, qui eas iureiurando remiserunt.

**S**ecundo loco limitatur prædicta cōclusio in vltimis voluntatibus: Nam in eis cum fiat lata interpretatio, debiti seu crediti appellatione debitū vel creditum in diem, vel sub conditione continetur: & ideo si testator omnibus creditoribus suis satisfieri mandet, comprehenditur etiam debitum sub conditione vel in diem, vt consuluit Ioan. And. cum quo transeunt Alex. Castren. & alij in d. l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. quandoquidem cum debitor in diem vel sub conditione saltem large debitor dici possit, vt inquit Batt. in d. l. i. ff. si cert. pet. merito in vltimis voluntatibus latior interpretatio facienda est. l. in testamētū. ff. deregul. iur. subdit tamen Niger eodem loco, num. 79. contrariū voluisse Batt. in d. l. i. cui. §. Flavius ff. de solutio. & in d. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditio. & demonstratio. dum volunt, & vt si testator mandet omnibus suis debitibus satisfieri, de debito naturali intelligendum non esse: quanquam improprie debitum sit. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussorib. & ita etiam tenuit Federi. Senensis in conf. 179. dum vult, vt si testator & vsuras suis debitoribus restitui mandet, debitorem naturalem nō comprehendendi. Hanc præterea opinionem sequutus est Petrus de Anch. in c. si propter, extra de vſur. & Barbat. in c. Ioannes, col. 4. & 5. extra de testam. & sequitur Christophor. Portius Inſtit. de obligat. colum. 6. Verum prædictis non obstantibus, Niger eo in loco arbitratur, hanc Ioannis Andreæ limitationem verissimam esse, pro qua inquit esse tex. in c. ad nostram, extra de iureiuran. Vbi si testator & vsuras restitui mandet, eis quoque restituendas esse intelligendum est, quia eas iureiurando remiserunt. & ita per illum textum contra Batt. in dicto §. Flavius, tenet Aret. in consilio 92. viso legato, columnā secunda, & Petr. de Anch. in cap. professor malefidei, columnā 15. extra de regul. iur. & Socin. in dicta l. quibus diebus. §. dominus, in fine. ea potissimum ratione, quod in testamentis lata interpretatio facienda est.

## C A P. L V I I I .

## Argumentum est in Summario.

## S V M M A R I V M .

- 1 Creditor sub conditione omnino exitura vere & proprie creditor dicitur.

**T**ertiio limitatur & prædicta cōclusio, vt inquit Niger eodem in loco, si sit creditor, vel debitor sub ea cōditione, quæ omnino existere debeat: quādoquidem in eo casu pro puro habetur, & ideo creditor es vel debitores dicuntur. l. si pupillus. §. quis sub conditione. ff. denouat. & l. in illa. ff. de verborum obligatio. Hæc tamen limitatio, si Barto. opinionem testine-

retineamus, vera non erit, propterea quod licet sit conditio omnino extitura, & pro pura habeatur, id tamen quod pura sit, respectu conditionis non dici intelligi debet, prout id inquit declarare Soc. in l.i. colum. 3. ff. de condit. & demonstr. sed certum est, diem, ut exigi possit, expectandam esse, ergo rationem Bartol. militare dicendum est. d.l. 1. ff. de rebus credit. vt scilicet debitor non sit, cum ab initio exigere non possit.

## CAP. LIX.

### ARGUMENTVM.

Proclamate vel statuto de creditore facto, an ad creditores in diem vel sub conditione extendi possint.

### SUMMARA.

- 1 Statutū vel proclama de creditore loquens, an ad creditores in diem, vel sub conditione extendantur.
- 2 Statutum si disponat, vt ille qui tute emere vult, curret proclamata ferri, vt quilibet creditor intra aliquod statutum tempus compareat, alioquin non audiatur: an creditores in diem, vel sub conditione comprehendantur.
- 3 Verba tempus praesens non solum in contractibus responde intelliguntur, sed etiam in legatis, in quibus verbaliter intelliguntur.
- 4 Legatum factum alicui de eo, quod quispiam debet, an comprehendat illud, quod in diem vel sub conditione debetur.
- 5 Rescripto si aliquis legata omnia pia ad incertos usus facta impetraverit, legata conditionalia, vel in diem non consequetur.
- 6 Agere non valenti non currit prescriptio. hec regula etiam in statutis locum habet.
- 7 Contractibus stricta significatio recipitur, & stricta interpretatio fit.
- 8 Statutum si respiciat contractum: vt puta si dicat, creditorem contractum insinuare debere, an tale statutum ad creditorem conditionalē, vel in diem extendatur.
- 9 Statutum si mandet creditori, vt soluat gabellam contractus, ad creditores in diem vel conditionales extenditur.
- 10 Creditores in diem vel sub conditione appellatione creditorum in materia indifferenti comprehenduntur.
- 11 Insinuatio etiam in donatione in diem vel conditionali requiritur.
- 12 Creditores in diem vel sub conditione, quo ad effectum transmittendi proprie creditores dicuntur.
- 13 Creditores in diem vel sub conditione, proprie creditores dicuntur in hoc, vt contra debitores bona sua dilapidantes agere possint.
- 14 Creditores proprie dicuntur illi, qui sponte alienam fidem sequuntur.
- 15 Statutum vel proclama. quod comprehendant creditores, in diem, vel sub conditione, quando creditorum mentionem faciunt, & quod proprie creditores sint.
- 16 Creditores in diem vel sub conditione, creditores sunt.
- 17 Creditorum appellatione, qui veniant.
- 18 Extensio stricta ad latā interpretationem ex identitate rationis fieri potest, etiam in statutis.

- 19 Verbum, aliquid, eius est natura, ut verbum præcedens latam recipere significationem operetur.
- 20 Creditores in diem vel sub conditione, saltem largi creditores sunt.
- 21 Remissio generalis futura comprehendit.
- 22 Fundum si mihi sub conditione relictum heres meo consensu alienet mihi prædicatur in iure nondum competenti.
- 23 Testator si mandet suo heredi, vt soluat omnia debita Tity, conditionalia quoq; solvere tenebitur.
- 24 Statutum si mandet rem proclamatibus vendi, & quod pretendens ius aliquod in re vendenda compareat, ille etiam comparere debet, qui ius conditionale pretendit.

**S**TANTIBUS PRÆDICTIS INFERTUR † AD STATUTUM CREDITORUM MENTIONEM FACIENS, AN CREDITORES CONDITIONALES, VEL IN DIEM AMPLIETATUR? Qua in re prout etiam supta diximus de creditore conditionali, an dicatur proprio creditor, due & ille quidē contrariae extant opiniones: Nam Alex. in l.i. ff. si cert. petat. vt nō comprehendantur, quem alij lequuntur, verius esse arbitratur. Hanc conclusionem tenuit etiam Barto. in d.l. i. iterum, vbi eum alij quoque sequuntur, in l. Lucius. §. quæstatum. ff. de legat. 3. & de hac conclusione memini; Curt. iun. in rub. ff. si cert. pet. num. 76. vbi in eisdem terminis nostris huiusmodi exemplo confirmat. Extant namq; inquit ipse, † in tota pene Italia statuti, quibus modis quo quilibet tute bona emere possit demonstratur, ac proponitur huiusmodi, vt scilicet proclamatum beneficio ematur: Proclamatum autem forma hæc est, quod quilibet creditor intra quoddam constitutū tempus compareat, & eo elapsō si nemo cōparuerit, ad venditionem deuenietur, & nemo amplius deinde audietur: an huiusmodi statutum creditorem in diem, vel sub conditione comprehendat. Hanc conclusionem quod eas non comprehendat, sed excludat, quam diximus secutum esse Alex. post Bart. confirmant ea vulgatissima regula, q; verba statuti proprie & stricte intelligenda sunt, iuribus vulgaribus, de quibus supra s̄pē dictum est. Et hanc eandem conclusionem sequitur Curt. iun. in d. rub. ff. si cert. pet. Nam non solum in contractibus † verba tempus praesens respicere intelliguntur, vt est text. in l. si stipulatus. §. cum stipulemur. ff. de verb. obli. Sed etiam in legatis, in quibus latius verba accipi & intelligi solent. in testamentis. ff. de reg. iur. Vnde est, quod † si alicui legetur illud, quod quisq; debet, illud sub legato non comprehenditur, quod in diem, vel sub conditione debetur, vt est tex. in l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. id quod procedit etiam in rescriptis: & ideo si quispiam rescripto quopiam legata † omnia pia ad incertos usus relicta, impetraverit, legata conditionalia, vel in diem non consequetur, vt inquit Lud. Roin. in consil. 164. si datum. Confirmatur præterea haec conclusio ea regula, † qua in materia præscriptionum dicimus, non valenti agere præscriptionem non currere. l.i. in si. C. de anna. except. Quæ quidem regula in statutis quoq; locum habet, vt inquit Bal. in auth. nisi tricennale. C. de bon. mater. & tradit Soc. in d.l. si in diem in 4. notabili. ff. de cond. & de mōstr. Hanc præterea opinionem de statutis & proclamatibus tenuit Alexander in consil. 106. vñis vol. 5. & Francisc. Aret. in consil. 108. elegantissime consuluit in alia materia, inquit statutum loquens de

creditore, creditorem in diem, vel conditionalem non comprehendere. Id autem, ut inquit Alexan. in consil. 2. nro. 17. volum. 4. maxime in contractibus locum habet, in quibus t̄ stricta interpretatio sit, non autem lata. *I. quicquid astringenda. ff. de verbo. obligat.* & id eo magis dicendum est, cum semper interpretatio contra illum, qui in verbis vim facit, ex quo poterat clarius loqui, fieri consuevit, ut eo in loco latius tradit Alexan.

Hæc opinio ita ex prædictis confirmata, si eam amplectatur, nonnullas recipit limitationes: & primum limitatur, ut inquit Iac. de Nigris in d. l. 1. num. 80. ff. de reb. credit. autoritate Socini, t̄ si statutum contractū respiciat, ut si fortasse dicat, creditorem contractum insinuare debere: *T*Nam tunc huiusmodi statutum ad creditorem conditionalem, vel in diem extenditur: Quemadmodum etiam si creditorī mandaret, ut contractus gabellam solueret, ut voluit Bar. in l. sancimus. C. de consuet. dum vult tempore contractus non purificatae conditionis gabellam soluendam esse. Et idem quoq; si sit materia t̄ indifferens, dicendum est, prout etiam supra retulimus. & ideo Franc. Aret. in l. i. poteſt, col. 3. ff. de acquir. hered. voluit t̄ insinuationem etiam in donatione sub conditione necessariam esse, ut notat etiam Ias. in l. pecuniam, col. 2. ff. si cert. pet. & Card. Alben. in d. l. 1. num. 18. ff. eod. tit. refert plures, qui hanc opinionum varietatem concordare conantur.

*I* Secundo loco limitatur, t̄ quia creditor in diem, vel sub conditione, quo ad effectum transmittendi creditores proprie dicuntur, ut inquit Ioannes Igneus in l. 1. §. serui appellatione, n. 10. ff. ad Senatus cons. Syllan. per tex. in l. si post diem. ff. quando dies legati ced. Quemadmodum etiam & ille, qui rem sibi sub conditione dari stipulatus est: ea namq; pendente quo ad effectum transmittendi, creditores vere & proprie dicuntur. *L. is. cui sub conditione. ff. de actio. & oblig.* *Vbi glo. alios similes effectus refert, in quibus recte & vere creditores dicuntur, de quibus in d. §. ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig.* & in §. cum quis sub aliqua conditione, inſtit. de inutil. stipul.

*T* Tertio limitatur, t̄ ut creditores in diem vel sub conditione proprie & vere creditores dicantur, ut inquit Imola in c. cum pro quo, num. 3. extra de solutio. quando contra debitores bona sua dilapidantes agendum est: quandoquidem cum ideo creditores in diem vel sub conditione, ut supra vidimus, proprie & vere dici nō possint, quia agere tunc nō possunt: merito in hoc casu cum cesset illa ratio, ex quo contra eos statim quo ad hoc ut sibi caueatur, ut adueniente conditione, vel die solueretur. *L. in omnibus. ff. de iudic.* & facit illud, quod notat Bar. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto. & tradit Bertran. in consil. 280. num. 17. vol. 2. agere possunt, ut vere & proprie creditores sint, dicendum est.

Quarto limitatur, ut inquit Socinus in l. si tibi, num. 2. ff. si cer. pet. vbi cunq; sponte quis alienam fidem sequitur: tunc enim t̄ creditor & creditū proprie & vere dici potest: at secus si numeratio ex necessitate præcedētis obligationis oriatur: propterea quod tunc liberandi animo facere videtur: contractus enim à principio sunt voluntarij. *L. sicut. C. de actio. & obligatio.* Præterea ultra ea, quæ dixit ibi gloss. colligit Socinus: tunc actum necessarium dicendum esse, quando causa proxima necessaria est, & si remota voluntaria sit, per text. in l. de die. §. inter. ff.

qui satiſd. cogan. Dicit tamen repugnare text. & ea quæ ponit ibi gloss. in l. si fideiſſor. §. si necessaria, eodem titul. Quibus sane iuribus probatur, tunc aetum necessarium dici consueuisse, cum causa proxima est necessaria, dummodo necessitas à legis dispositione procedat: secus vero si à præcedente conuentione: contra quod inquit facere text. in d. l. si tibi. ff. si cert. pet. & sic confirmatur limitatio.

Contrariam vero opinionem, t̄ ut scilicet huiusmodi statuta seu proclamata comprehendant etiam creditores conditionales, vel in diem, tenuerunt quamplures, & præfertim Ioan. de Pratouet. in d. l. 1. num. 8. ff. si cert. pet. & motentur ea ratione, quod talia statuta creditoribus faueant, ut creditum suum consequi possint: & sic fundantur in iustitia debiti, quæ quidem omnibus creditoribus etiam late intelligendo conuenire constat: sed sic est, quod vbi unica ratio tantum reddi potest, pro extensa habetur. *L. quamvis. vbi notatur. C. de fidei commiss.* & l. 3. ff. de liber. & posthum. ergo extensio omnino facienda est. Ratio enim statuti tam mentem regit, quam verba, *dicta l. secunda. §. cum pater.* subdit tamen ibidem Ioannes, de hoc cogitandum esse: Verum licet ipse hanc conclusionem firmare non audeat, eandem tamen Soc. in d. l. si in diem, numero 77. ff. de conditio. & demonstratio. inquit tenebre Christophor. à Casteliono, & Raphael. Cuman. in dicta l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ff. de verborum obligation. his duobus fundamentis. Primum est, quia creditores t̄ in diem, vel sub conditione, creditores sunt. ff. de verbor. signific. & ut inquit ibi Cæpolla numero 1. appellatione creditorum, veniunt t̄ omnes, quibus quacunque actione debetur, vel persecutione, vel iure ciuili, vel prætorio, vel officio iudicis: Vnde est, ut in fraudem suam seruis libertatem datam esse dicere possint, ut habetur in l. fraudem. ff. qui & à quibus. Acetiam ut semper bonorum separationem ab hereditibus impetrare possint, *toto titulo. ff. de separat. bono.* Hac enim subdit ibidem Bartholom. Cæpolla, voluisse expone re Iureconsultum cum duabus legibus sequentibus, ut voluerunt etiam Iacob. de Arena, Dynus Alberic. & Barbat. ibidem. & ideo subdit, creditorem aliqua de causa, cui exceptio perpetua opponi potest, proprie creditorem dicendum non esse, prout infra suo loco dicetur, prout videtur concordare tex. in l. creditor in principio. ff. de verborum significatio. & in l. eleganter. §. seruus pactionis, versicul. ego moneor. ff. de dolo malo. & facit text. in l. nam is, eodem titulo. Præterea quod creditor dicatur etiam ille, qui iudicis officio agere potest, tradit Maynerius in l. in ambiguis, numero 35. ff. de regul. iur. Præterea quod creditores dicantur non tantum ij, qui pecuniam crediderunt, sed etiam omnes, quibus ex aliqua causa debetur, tradit Petrus Rebiffus in tractat. de liter. obligat. articul. 6. gloss. 1. numero 2. Secundum autem fundamentum est, arguendo de text. in l. prima. §. biduum. ff. quando appella sit. Baldus etiam inquit confirmari posse authoritate gloss. in in principio. ff. de donatio. dum voluit, ut supra etiam diximus, donationem conditionalem proprie donationem esse. Quoniam autem non videtur responderi communi Doctorum opinioni, dum volunt creditorem conditionalem, vel in diem creditorem proprie non dici: ideo Curt. in eadem rub. si cert. pet. numero 78. inquit, quod quando etiam pro-

proprie creditores non esent, sed late adhuc à statuto comprehendenterunt, † propterea quod in materia quoque correctoria, de stricta vocabuli significacione ad latam ex identitate rationis extensio fieri solet, ut in eisdem terminis debitorum & creditorum tradit gloss. in auth. minoris debitor. & in corpore vnde sumitur. C. qui testam. facere possit. & ideo in iis statutis, in quibus ea ratio attenditur: ut scilicet quilibet tute emere possit, creditor conditionalis vel in diem, ius suum saltem ad venditionem impediendam deducere debet: & si debitum seu creditum & conditionale sit, & tunc exigi non possit: Ea namque est prædictorum statutorum mens & intētio, ut emptores ab omni molestia tuti sint. Mirum igitur esse non debet, si ex identitate rationis creditores etiam in diem & sub conditione comprehenduntur. Hac eadem ratione ad illud quoque responderi potest, quod dicitur: Non valenti agere præscriptionem non carere. Nam licet tales creditores efficaciter tunc agere non possint, ius tamen suum ad hoc, ut in suum præiudicium venditio non fiat, deducere potest. Et ita inquit ibidem Curt. Papię iudicatum fuisse eisdem rationibus, & ipse quoque hanc eandem opinionem sequitur: & præsertim si statuta pinguioribus verbis concipiuntur, ut si fortasse in eis dicatur, ut habes, vel prætendens habere ius aliquod, compareat, &c. Illud enim verbum, aliquod, † eius natura est, ut verbum præcedens latam significationem recipere cōpellat, ut voluit gloss. communiter approbata in clem. l. in vers. aut earum parte, deforo competet. Vnde subdit ibidem Curt. clarum esse, prout omnes fatentur, creditores in diem, vel sub conditione, saltem large † creditores esse. & ideo ex consequenti ab huiusmodi statutis vel proclamatibus comprehendendi. Præterea hanc opinionem, ut creditores in diem vel sub cōditione comprehendantur, tenuit Ceph. in consil. 228. num. 27. volum. 1. dum inquit gloss. in l. petens, prope finem, in versicul. respondeo. C. de pact. voluisse in venditione conditionali ius à principio nasci, licet conditionale: Quo pactum iuxta eam appositum, non secus ac si pura fuisse vestiatur, & & præsertim si conditio sit causalis, ut inquit Negulans. in tract. de pigno. & hypoth. in secundo membro quinto partis, numero 9. versic. & ratio differentie. Hæc præterea opinio argumento à generali bonorum hypothecata confirmari videtur. Quemadmodum enim ea bona etiam futura cōprehendit. l. fina. vbi tradit Bart. C. quare pigno. obliga. possit. & l. si ita, in prima opposit. ff. de auro & argento legato. & tradit Capra in consil. 3. num. 23. & iterum Negulans. in eodem tract. de pigno. & hypoth. 2. membro 2. partii, num. 1. Pariter etiam sub generali creditorum vocabulo: & ideo à statuto vel proclamate generaliter loquente, creditor in diem, vel sub conditione comprehendendatur. Accedat etiam, quod † generalis remissio futura comprehendit: & eo magis dicendum est, cum huiusmodi argumento Imperator in l. 2. in fine. C. de remiss. pigno. usus est. Facit etiam illud, quod dixit Bart. in l. si fundum per fideicommissum, in principio, in versic. pone, relictus est. ff. de legat. 1. dum inquit, si mihi relictus sit fundus sub conditione, si hæres † vero cōsensu meo & voluntate alienet, mihi in eo fundo præiudicium fieri: & sic patet, meum cōsensum mihi iure nondum competenti præiudicium afferre: sed in fundo alieno competituro,

eadem igitur ratione, ut statutum creditorem conditionalem vel in diem comprehendat dicendum videtur: & ex consequenti, si non compaream: nihilve dicam mihi præiudicem: id quod ea ratione confirmatur, quod consensus tempore saltem titulus seu præsens causa competet: de qua sane idem: quod de ipso iure realiter competente dicendum est. l. ſhem. C. de donatio. & tradit Bart. in l. prima, & in l. fin. in fine, in prima lectura. C. de pact. & Socin. in l. Gallus. §. videndum, num. 3. ff. de liber. & posthum. Satis igitur est, si proclamationum tempore, vel statuti, vel à principio causa adsit, & crediti titulus introductus sit: licet conditionalis: & ideo dixit Aret. in §. idem iuri, numero 54. versicul. aut verba non sapiunt futurum, Institu. de exceptio. renunciationem etiam ius conditionalis comprehendere, ex ipso dummodo competat contractu. Præterea, quod tunc respectu spei, super qua renunciatio fundatur, præsentem existentiam habet: Quod sane eadem ratione de statuto dicendum est, ut scilicet ius conditionalis comprehendere possit. Confirmatur adhuc ex iis, quæ supra diximus authoritate Casſtrenſ. in l. ſi stipulatus. §. cum ſtipulamus. num. 2. & 3. ff. de verbor. obligat. & Ioan. Andr. quod si quispiam mandat † hæredi suo, ut soluat omnia debita Titij: 23 conditionalia quoq; eum soluere debere: id quod refert & sequitur Socin. in tractat. fallentia. Regula incipiente verba praesentis temporis, in prima fallent. & optime facit illud, quod post Cumanum tradit Iaf. in dicto §. cum ſtipulemur, col. 2. versi. secundo limita. Vbi si statutum † mandat venditorem præcedentibus proclamatibus vendere, quod quam ius aliquod prætendens in re vendenda compareat: ille etiam comparere tenetur, qui ius conditionalis prætendit: ob id quod verbum illud, aliquod, casum quoque improprium comprehendat & conditionale: tum etiam quia licet ille interim venditionem impedire non possit, poterit tamen eueniente conditione: & ideo ad hoc ut emptor cautele emat, comparere debet. Præterea hanc eandem conclusionem videtur firmare Iacob. Mandel. ab Alba. in consil. 105. num. 1. vbi de fisco loquitur.

## C A P . L X .

A R G U M E N T U M

An re vera iste creditor sit contra quem debitor excipere potest.

## S V M M A R I A .

- 1 Creditor ille vere non est, aduersus quem debitor se exceptione tueri potest.
- 2 Testator si mandet satisfieri creditoribus, de illis intellegendum non est, aduersus quos potest se tueri exceptione præscriptionis.
- 3 Prescriptio malafidei iure canonico reprobatur.
- 4 Refutare etiam in foro conscientia illud quis non tenetur, quod bonifidei præscriptione acquisiuit.
- 5 Ius canonicum ob peccatum præualeat iuri civili.
- 6 Ius canonicum seruari debet etiam in terris Imperij.

**Q**uoniam diximus supra, eos nō esse vere † credidores, aduersus quos debitor se exceptione tueri potest, ut ultra ea quæ supra deduximus, voluit Ludoui. Roman. in consil. 204. numero 13. cum

vere creditor ille non dicatur, cuius intentioni iusta ac perpetua exceptio refragatur. d. l. creditores ff. de verb. signifi. & l. debitor ad eadem ff. de liber. causa. & l. vel obligatus ff. de actio. & obligat. & l. is cui, & ibi notatur, & l. ff. cert. pet. Inferunt ex praedictis, ut etiam in precedenti conclusione attigimus, Bar. Castrensi. & Imola in d. l. si is, cui. §. Flavius. ff. de solutio. 2 quod licet cum testator † suis creditoribus satisfieri mandat, eis creditoribus satisfieri mandasse non ceseatur, aduersus quos testator præscriptionis exceptione se tueri potest: utputa statutaria decenij, vel alterius cuiusvis temporis, vt voluerit etiam Bar. in l. legati. ff. de lib. legata & iterū Bar. Bal. Paul. Castrensi. Imola & Soci. in d. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condit. & demonst. & Ias. in l. si fideiussor. §. 2. ff. de legat. Id tamen suas patitur limitationes: nam eam conclusionē primo loco limitat Bal. in d. §. dominus, & Imola in d. §. Flavius de iure canonico, † quo malafidei præscriptio reprobatur. c. fin. extra de præscriptio. & ideo si præscriptionem bonafidei præsupponamus, etiam de iure canonico praedicta conclusio lo- 4 cum habebit, propterea quod † illud, quo bonafidei præscriptione accquirimus, conscientię foro nō repugnat, vt voluerunt Bal. Soc. & alij quamplures. 5 In hoc enim casu ob peccatum ius canonicum † iuri ciuiili præualere certum est: & ideo inde infertur, vt etiam de iure ciuiili praedicta conclusio non procedat, vt dixit Imola in d. §. dominus. vbi Bal. & Socin. 6 † tradunt etiam in terris & locis Imperij seruādum esse, vt voluit glos. in c. possessor, de reg. iur. in 6. & tradit Benincasa in d. §. supereſt, num. 477. & 478. Institut. de actio. vbi inquit, Bald. & Imola in d. §. dominus, inquunt, vt supra latius diximus, limitando illam conclusionem nō procedere, vbiunque testator aliud debitum non haberet, propterea quod tunc cum mandet creditoribus satisfieri, de iis quoque intelligere necesse est, quamvis exceptione testator se aduersus eos tueri possit, argumento l. fundus, qui locatus. ff. de fundo instruct. & voluerunt Bal. Cuman. & Socin. ibi. at secus si testator alia quoq; debita non conditionalia, vel in diem haberet.

## C A P. L X I.

## Argumentum est in Summariis.

## S V M M A R I A.

- 1 Testator si mandat satisfieri creditoribus suis non videtur comprehendere eos, qui naturaliter tantum obligati sunt.
- 2 Mandans satisfieri creditoribus suis in contractibus, eos comprehendit, qui naturaliter tantum obligati sunt.
- 3 Mandans satisfieri creditoribus suis pro exoneranda conscientia, intelligitur eos quoq; comprehendere, quibus obligatione naturali tenetur.
- 4 Officium iudicis hodie versatur circa obligationem naturalem.

**I** Secundo loco limitatur illa † conclusio testatoris mandantis suis creditoribus satisfieri, vt non videatur eos comprehendere voluisse, qui naturaliter tantum obligatione tenentur. d. l. si is cui. §. Flavius. ff. de solutio. vbi tradunt Bartol. & Imola, & Bologninus ibi & Bartol. in d. l. quibus diebus. §. dominus.

vbi Castrensi. & Socin. ff. de condit. & demonstrat. ibi enim Socin. numero 2. inquit hoc verum esse in contractibus inter viuos, vt d. §. Flavius. secus vero in ultima voluntate, † in qua testator de anima sua cogitare præsumitur, & licet ad hoc nihil deducant: Benincasa tamen in d. §. supereſt, num. 474. adducit text. in cap. sancimus. 1. quæſt. 7. & in cap. literas, extra de præscriptio. & tradit Alciat. in tract. præsumptio. Regula 3. præsumpt. vero 4. num. 5. cum igitur de anima cogitare præsumatur, præsumptio etiam est, vt voluerit etiam illis creditoribus, quibus naturaliter tantum debebat, & id vt à peccato liberetur, cum iure Pontificio ea quoque obligatione teneretur. cap. 1. & c. qualiter, extra de pact. & tradit Bald. in l. id quod pauperibus. quæſt. 9. C. de episc. & cler. & in l. 2. C. de fideicommiss. Illud animaduertendum præterea est, quod si testator exprimeret suis creditoribus pro sua conscientia † exoneranda satisfieri, res esset clara, quod etiam illis creditoribus satisfaciendum esset, quibus naturaliter deberetur. Verum Socin. ibidem procedere arbitratur, si huiusmodi verba exoneratio conscientiae adiecta non sint, ea ratione, quod olim pro huiusmodi naturali debito manus regia competeret, & in eius locum hodie † officium iudicis successit, vt dixit Butrius post Innocent. in capit. quæ in ecclesiis, extra de constitutio. & ideo cum hoc quoque debitum sit exigibile, vt tradit ibilatius Benincasa; merito si testatoris mandatum ad huiusmodi etiam naturalia debita extenditur mirum non est.

## C A P. L X I I.

## A R G V M E N T U M.

Qui bona sua alio hypotecavit an vere etiam debitor appellari possit.

## S V M M A R I A.

- 1 Creditor, an dicatur ille, cui quis reali actione tenetur.
- 2 Acceptatio generalis vel liberatio non comprehendit id, ad quod quis tenetur actione reali.
- 3 Possessor non dicatur debitor.
- 4 Debitor non dicatur ille, qui hypotecavit rem suam.
- 5 Creditor ille dicatur, qui quacunque de causa rem auferre potest.
- 6 L. ait prætor. §. si debitorem ff. quæ in fraudem credi. procedit in debitore actione reali.
- 7 Iura loquentia de aliqua dispositione, in ea dispositio. ne verificantur & locum habent, qua potest sublata significacione comprehendendi.
- 8 Officium iudicis in statuto venit appellatione actionis.
- 9 L. Aurelius. §. Mauia. ff. de liber. legata. declaratur.
- 10 §. 1. Inst. de actionib. declaratur.
- 11 Debitor, an dicatur ille qui hypotecavit bona sua pro alio, ita vt si statutum disponat, vt debitor ad instantiam creditoris capi possit, à statuto comprehendatur.

**Q** Værunt etiam Doctores nostri, an ille, † cui quis reali actione tenetur, creditor dicatur? In hac quæſtione Iac. Niger in l. 1. num. 91. ff. cert. pet. dici non debere existimauit, vt voluerit etiam ibi Alex. & idem inquit tenere Aret. & Ias. Inst. de act. in princ. col. 15. & Bald. in l. cum necessitatem, C. de fideicommiss. qui

# De Executionibus, Tractatus. §.6.

357

qui pro ea opinione adducit tex. in l. Aurelius, §. Mæ-  
ria, ff. de lib. legata. vbi notatur. Est etiam pro ea tex.  
in l. & vno, §. i ff. de acceptila. vbi t̄ in generali ac-  
ceptilatione, vel liberatione, id non comprehenditur,  
ad quod quis reali actione tenetur. eandē quo-  
que opinionem sequitur Bal. in l. fi. C. de bonis autho.  
iudic. posid. Nam creditor dici non potest, prout  
3 nec t̄ possessor etiam debitor dicitur: & adducit ad  
hoc tex. in §. i. Instit. de act. & subdit Niger optime fa-  
cere illud, quod dicitur de hypothecāte rem suam,  
4 quod t̄ ex quo tenetur actione reali, debitor dici  
non potest, vt voluit Salyc. in d. l. i. & Corne. in cons.  
238. nu. 13. volu. 4. dum vult, vt qui potest conuenire  
vel cōueniri actione reali, vt est petitio hæreditatis,  
proprie creditor vel debitor non sit, vt habetur in l. i.  
ff. si cert. pet. & Instit. de act. in prin.

Contrariam tamen opinionem, veriorem arbit-  
ratur Iacobus de Nigris in eadem l. i. eamq; pluri-  
bus comprobatur iuribus & auctoritatibus: & in pri-  
mis mouetur ex eo, quod t̄ vbiq; ex quacunq;  
causa res initio ab aliquo auferri potest, ille credi-  
tor dicitur, & ille à quo auferitur debitor: & sic ex  
consequenti ille qui actione reali tenetur, debitor  
dicitur, & ille cui tenetur, vt habetur in d. l. credito-  
res ff. de verb. sign. de qua supra s̄epe mentionem fe-  
cimus, vbi hac de re species videtur. Præterea est de  
hoc text in l. pecunie verbum, §. fi. eodem tit. & tradunt  
omnes Instit. de actio. in prin. dum ibi inquit, actionem  
realem definiri. Hac quoq; opinionem in ter-  
minis sequutus est Alexan. in cons. 6. 4. et si celebre-  
rime Doctor, col. . . . vol. 3. dum concludit, text. t̄ in l. ait  
Prator, §. si debitorem ff. que in frau. cred. in eo debito-  
re locum habere, qui actione reali tenetur, per ea  
quæ voluit Bal. in l. fi. C. de compensat. dum inquit Bal.  
eum, qui actione reali tenetur, large debitorem di-  
ci posse. & idem dixit Alex. in l. debitor. colum. 6 ff. ad  
Tribellia. & ideo, vt dispositio d. §. si debitorem. in hu-  
7 iusmodi debitore verificetur, dicendum est t̄ cum  
iura de aliqua dispositione loquentia in ea etiam  
dispositione verificantur, & locum habeant, quæ  
sub lata significazione comprehendi potest, l. fi-  
lium habeo. ff. ad Senatus cons. Macedon, & id pluribus  
in simili firmat Alex. in l. i. col. 12. ff. de iurisdict. omn.  
8 iud. dum vult, vt appellatione actionis, t̄ in statutis  
officium iudicis comprehendatur. Stante hac po-  
steriori opinione, dicit eodem in loco Iacobus Ni-  
ger, ea quæ in contrarium deducuntur, nō obstat:  
9 & in primis respōdendo tex. t̄ in d. l. Aurelius, §. Mæ-  
ria. ff. de liber. legata, inquit ideo ibi non compre-  
hendit id, ad quod quis reali actione tenetur, quia  
natura legati liberationis vel acceptilationis, quin  
suum emat, non impedit: non autem quod non sit  
debitum, & id ne detur materia, vt quis aliquid sub  
spe liberationis cōsequenda occupet, l. Aurelio, §. fi.  
ff. de libe. lega. & tradit Bal. & sequuntur alijs in d. l. cum  
necessitatem. C. de fideicom, vbi vero cessat huiusmodi  
t̄ ratio, secus dicendum est. Pariter etiam ibidem  
inquit non obstat text. in §. i. Instit. de actio. ibi,  
nullo iure tenetur. Nam posito, inquit ipse, quod  
nullo iure sit obligatus: ob id tamen non sit, quin  
debitor dicatur, ex quo res ab eo auferri potest.  
Dum etiam pro alia opinione dicebatur, quæren-  
do, t̄ an ille qui rem suam pro alio hypothecauit,  
debitor ita dicatur, vt si statuto caueatur q; ad in-  
stantiam creditoris debitor capi possit, ipse etiam  
capi debeat. Nam licet Salyc. in d. l. ff. si cert. pet. cum

à statuto non comprehendit concludat, ob id quod  
nulla personali actione ligetur, sed hypotheca-  
ria tantum, quæ est realis: & ideo ille creditor  
non dicatur: cum titulus de pigno. sub eo tracta-  
tu de reb. credit. non comprehendatur, & ad hoc  
faciat illud q; voluit Alex. & alij in d. l. i. quod ille  
qui tenetur reali actione, proprie debitor non di-  
catōr, d. l. Aurelius, §. Mæria. ff. de libe. legata. Respōdet  
Iacobus Niger predictis non obstantibus, contra-  
rium verius esse existimare: Nam cum ab eo licet  
in iusto actione hypothecaria exigi possit, merito  
debitor dicēdus est, vt voluit Bar. in d. l. i. sapius supra  
relata. Id quod ex eo etiam cōfirmari videtur, quod  
illius fidem sequutus sit, & hac ultima ratione Saly-  
cetū impugnabat Bologninus in rub. ff. de reb. credit.  
col. 14. & est de hoc casus in d. l. creditores. ff. de verb. sign.  
ibi, ex quacunq; persecutione. cum prosequitio. in  
rem actio sit, l. actio in personam. ff. de actio. & obligatio.  
Minus etiam obstat arbitratur, quod sub eo titu-  
lo, de rebus creditis, tractatus ille nō ponatur, pro-  
pterea quod multa etiam alia sub eo sit. non po-  
nuntur, vt titulus, de verbō obligationibus, & de  
fideiussoribus; & tamen fideiussor debitor dici so-  
let. & sic patet ex predictis, hāc quoq; posteriore  
opinionem satis iuribus & rationibus Doctorum  
nostrorum authoritatibus cōfirmari. Verum quic-  
quid sit, Iacobus Niger in d. l. i. nu. 91. ff. si cert. pet. in-  
quit, primam opinionem, quod creditor nō sit, fre-  
quentioribus calculis receptam esse, vt attestatur  
etiam ibi Alexan. & eam quoq; sequitur Corn. in  
cōs. 138. nu. 13. vol. 4. arguento auth. minoris debi-  
tor. C. qui pet. tut. dari. Vbi prohibentur tutores es-  
se creditores minorum vel debitores pupillorum,  
si creditum, vel debitum non sit paruum, & licet, vt  
supra diximus. qui potest conuenire vel conueniri  
actione reali, prout est petitio hæreditatis, proprie  
creditor vel debitor non sit, iuxta ea quæ habentur  
in d. l. i. ff. si cert. pet. & Instit. de actio. in prin. attamen gl.  
& Doct. in d. auth. minoris debitor, dicunt tex. in d. auth.  
procedere etiam in reali actione, propterea quod  
ad sit eadem ratio: vt ibi latius habetur.

## CAP. LXIII.

### Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Debitor, an ille dicatur, qui potest petitione hæreditatis conueniri.

P Rosequendo predicta quærent etiam Doctor-  
es, an ille qui petitione hæreditatis conueniri  
potest, debitor t̄ dicatur: Quia in re inquit Iacob.  
Niger in d. l. i. nu. 87. ff. de reb. cred. Salycetum conclu-  
dere dici non debere, nec posse. Ratio autem est, vt  
ipse arbitratur: quia quando agitur petitione hæ-  
reditatis illud petitur, vt quis dominus à iudice pro-  
nuncietur, vt dixit Bart. in l. i. ff. de edendo. quo sit v;  
cum hæc incompatibilia esse videantur, debitor  
esse nō possit. Subdit tamen ipse Iacob. Niger pre-  
dictis nō obstantibus, eum debitorem dici posse,  
cum ab ipso etiam in iusto hæreditas auferri possit. l.  
licet minimam. ff. de pet. hæred.

## CAP. LXIV.

### Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Fideiussor, an debitor dicatur.

Fide-

**F**ideiussor, tan debitor dicatur, alias à Doctoribus nostris quæsumus fuit: inter quos Bartol. in d.l. i. ff. si cer. pet. a debitorem dici existimauit, motus maxime per tex. in l. & magis. ff. de solutio. in quo dicitur illud etiam quempiam debere quod alieno nomine debet, comprobant hanc conclusionem, per text. in l. si res aliena, in fi. ff. ad Senatus cons. Trebell. Contrariam vero opinionem, quod imo debitor dici non debeat, contra Bart. tenet Dec. in d. l. i. & respondendo d. l. i. inquit tex. ibi, debitum simpliciter nō appellare, sed secundum quid ibi fideiussore nomine. Hanc Decij responsionem reptobat Niger ex eodem tex. cum dicat, debitum meo nomine, q̄ tamen propriæ debitum est. Confirmat Niger hanc suam solutionem ex eo, quod illud verbum, debitum, tam ad illud verbum, meo nomine, quam fideiussorio, refertur: & ideo pariter vtrunq; determinare debet, l. nam hoc iure ff. de vulg. & pup. Præterea respondendo etiam tex. in l. si res aliena, in fi. ff. ad Senatus cons. Trebel. quatenus simpliciter eum debitorem appellat: id quod & in aliis quoq; legibus pas- sim habetur: inquit si teneamus fideiussorem vere debitorem dici non posse, ita distinguendum esse: Aut enim ab ipso fideiussore exigi potest, vtputa quia beneficium excussionis locum non habeat, ob id quod principalem soluendo non esse apparet, vt notatur in l. fin. in fi. ff. si cer. pet. vel quoquis alio modo tale beneficium locum non habere constat: & tunc fideiussor debitor dicatur, & ita substituatur opinio Bart. Verum si recte animaduertatur hoc primum distinctionis caput, parum, aut nihil prodesse videtur: quandoquidem ipsorum contrahentium intentio attēdenda videtur: nam vterque contrahens, quatenus principalis non soluat, vt ipse fideiussor satisfaciat & soluat, intelligere videtur, & ideo si initium respiciamus, vt fideiussor debitor sit, intelligi videtur. Accedat etiam quod si illud attendamus, an principalis sit soluēdo, necne, erit debitor conditionalis, vel saltem eius obligatio à futuro eventu pendebit, dubiove eventu: & ideo vere debitor dici non posset, vt supra de créatore vel debitore conditionali dictum fuit. Crediderim tamen, quicquid in cōtractu obiiciatur, fideiussorem debitorem esse, cum ab eo exigi possit: id q̄ in illis locis potissimum locū habere dicendum est, vbi iure aliquo municipalī beneficium excussionis reiectum est: & ideo inferebat ibidem Iacobus Niger, quod cum iure ff. & C. excussionis beneficium locū non habeat: fideiussor vere debitor dicatur: Aut vero redeundo ad eandem distinctionem, loquimur, quādo beneficium excussionis locum habet: quod quidem regulariter habet quilibet fideiussor, auth. presente. C. de fideiuss. & tunc vere debitor dici non debet: & in hoc Niger Decij opinionem sequitur, contra Bart. & ideo inquit nō obstante tex. in l. & magis Quia responderi potest, quod de iure veteti loquatur, quo beneficium excussionis locum non habebat, l. iure nostro, C. de fideiuss. Ratio autem est, quia tunc cum beneficium excussionis in dictum non esset, poterat statim etiam à fideiussore exigi, & ex consequenti dici debitor. Verum redeundo ad prōpositam cōclusionem, quod fideiussor debitor sit, dicunt eam comptobari per text. in l. si fideiussor, in print. ff. de legat. i. vbi illud debitum appellatur, quod ex causa fideiussoris procedit. Ad hunc tex. cum responderet Decius, ideo ibi id dictū

fuit, quia legatum in alio verificari non posset: & ideo si verba impro prientur, mirum non esse, l. quibus diebus. §. dominus ff. de cond. & demonst. Replicat Niger ideo ibi debitum esse, quia illo iure à fideiussore licet intuito exigi poterat. Dum præterea pro opinione Bart. adducitur tex. in l. si seruus. §. videamus ff. de verbo. oblig. vbi tex. fideiussorem debitorem appellat: cum dicat p̄ticipalis debitor, & subdat: accessiones autē, scilicet debitores eos illa dictione, autem, implicando. Respondebat Decius satis esse fideiussorem debitorem simpliciter non esse: sed Niger eam reprobando dicit esse omnino fideiussorem, cum excussionis beneficium non haberet. Dum etiam adducebatur text. in l. cum alter. C. defidero ibi, cum alter ex fideiussoribus debitum satis fecerit, & sic debitum appellat: quatenus Decius ibi dicebat, illum text. ad debitum p̄incipalis respicere, non q̄ fideiussorem debitorem esse voluerit: Replicat Niger eam Decij declarationem prorsus illi tex repugnare, cum de debito fideiussoris loquatur. Quod autem id verum sit, ex eo manifeste apparet quod querit, an actio cōpetat contra suum fideiussorem: & ideo ut responsio interrogatiōni conueniat, de debito fideiussoris omnino intelligendum esse. Dicit tamen Niger illum text. optimè loqui, ex quo excussionis beneficium locū non habebat. Præterea ultra prædicta Niger hanc eandem opinionē sequutus, quod fideiussor dicatur debitor, cōprobat per tex. in l. i. ff. de solutio. dum tex. ibi dicit debitum pro quo quis fideiusserat: videlicet ille qui pecuniam accepit. & ad idem inquit facere tex. in l. verum ff. de compensatio. ibi, fideiussorem ex cōtractu debere. Comprobatur præterea per tex. in l. presenti. §. adiūcentes. C. de hi. qui ad eccles. confug. vbi cum tex. ille de fideiussore ad ecclesiā fugiente loqueretur, inquit ex eius bonis publica privataq; debita persolui oportere. Vnde ex prædictis ibidem, n. 89. infert Niger ad statuta disponentia, vt nullus debitor vendat res suas mobiles, nec ad vestigium cōductiōnem admittatur; an ad fideiussores extendantur, & inquit Alber. in prima partē statutorum, quest. 179. quæstio etiam pulchra, voluisse vt extendantur o b i d quod fideiussor debitor dicatur. Dicit tamen Niger existimare opinionem Bal. & Petri distinguētum, cum qua transit etiam lal. in d. l. i. ff. si cer. pet. veriorem esse, videlicet inspiciendum esse, an ille, contra quem regressum habicurus est, soluendo sit: & tunc datio conducere possit, cum statuti intentio fuerit, vt pro datio debitor accipi non possit, ex quo sufficiētes facultates habere non videatur. Hęc autem ratio cum cēset in prædicto fideiussore, ex quo cum debitor principalis sit soluendo, bona sua minuere non dicatur: merito si à statuto prædicto comprehendatur, mirum non est.

## C A P. LXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Nomen debitoris si legetur, an veniat etiam nomen fideiussoris.

**N**omen † autem debitoris si forte legatum fuerit, an nomen quoque fideiussoris comprehendatur, quæsumus fuit? Quia in re Iacobi Niger in d. l. i. eodem in loco, C. si certum pet. inquit, Bald. in l.

in l. prima, colum. 2. C. commun. de leg. nomen quoque fideiussoris comprehendi voluisse. Quæ quidem conclusio ex eo latiis comprobari videtur, quod licet fideiussor improprie debitor sit in ultimis ramen voluntatibus, in quibus latior sit interpretatio, vt supra late diximus, comprehendit omnino dicendum esset, vt pluribus confirmavit Alex. quem alij sequuntur in d.l. si stipulatus, §. cum stipulemur ff. de verbis. obligat. cum aliis concordantibus.

## CAP. LXVI.

### Argumentum est in Summariis.

#### S U M M A R I A.

- 1 Cessionarius, an creditor proprius dici possit.
- 2 Statuta loquentia de creditoribus, habent locum in cessionario.
- 3 Statuto si caueatur, creditores infra quinquennium petere debere, alioquin amittant ius suum, comprehenduntur etiam cessionarij.
- 4 Statutum si disponat, vt ad petitionem creditoris debitores carcerari possint absq; vlla citatione, cessionarius non comprehendetur.

**V**idendum successiue est, an † cessionarius proprius creditor dicatur: In qua dubitatione Ludouicus Bologninus in rub. ff. si cert. pet. num. 17. vt vere, ac proprius creditor dicatur, concludere videtur, prout dicit esse text. in l. C. de donat. titul. gener. ibi, satis fuerit, &c. Secundo loco mouetur per text. in l. ab Anastasio, in versi. illum creditorem. C. manda. vbi cum lex de cessionario loquatur, eum creditorem appellat. & ita per illum text. inquit voluisse ibi Bartol. eandem præterea opinionem sequuntur Jacob. Butriga. Bal. Saly. & Ludo. Roman. in l. i. ff. si cert. petat. & Bald. in l. per diuersas, quæstio. decima, C. manda. & Bald. in l. i. in fin. C. de actio. & obligat. quibus in locis concludunt, cessionarium creditorem appellari: & statuta † de creditoribus loquentia, in cessionario locū habere: & ita inquit Bologninus tenere magis communem Doctorum scholam & opinionem in d. rubr. & in l. i. ff. si cert. pet. Quibus ipse addit tex. in l. creditorem, in versi. sed omnes, quibus ex aliqua causa debetur, & c. ff. de verb. sign. vbi text. eos omnes de debitorē appellat, quibus ex aliqua causa debetur. Sed sic est, quod nulli dubium sit, quin cessionario ex causa cessionis debeatur: ergo iure optimo, quod cessionarius creditoris appellatione comprehendatur, dicendum est. Adducit præterea text. in d.l. creditores, in versi. ex quacunque causa, & t. eodem titul. ff. de verbis. sign. eodem modo inducendo, prout induxit d.l. creditorum. Dicit etiam non modicum ad hoc facere tex. in d.l. in versi. cuiuscunque rei assentiamus aliam fidem sequuti, mox recepturi, quid ex eo contractu credere dicimur, & c. ff. si cert. pet. Sed sic est, quod cessionario praedicta omnia conueniunt: & non solum conueniunt, sed etiam cadunt, præterea quod aliquid recepturus est, cuius debitoris fidem sequitur, & ei rei præstat assensum: merito vt creditor sit, dicendum est. Præterea hanc conclusionem sequitur Ludou. Rom. in consil. 142. n.r. à correlatiis arguendo: Quandoquidem si ille, contra quem iura cessā sunt, debitor à lege appellatur, l. 2. C. de donat. multo etiam magis ille cui sit, creditor dici debet, sumpto vt diximus, argumen-

to à correlatiis, l. vlti. ff. de acceptil. & legem Iuliam, C. de indic. vidu. tollen. & l. i. C. de conuen. fisci. debit. libro 10. Hanc præterea opinio. sequutus est Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de accessio. & Bald. in l. i. C. de actio. & oblig. & in l. si sic legatum, §. fin. ff. de leg. r. & licet Bologninus ibidem pro contraria opinione deducat, & eum vterque ibidem Decius sequatur, ob id quod fidem debitoris sequutus nō videatur, & ob id, vt ibi habetur, creditor dici non possit: à præcedenti tamen opinione recedendum non est, cum communiter recipiatur, & quotidie videamus statuta de creditoribus loquentia, ad cessionarios extendi, vt est magis communis Doctorum opinio in d. rub. & in l. i. ff. si cert. pet. & præsertim Bal. ibi, & in d.l. per diuersas, quæst. 10. C. manda. dum inquit, † si statuto caueatur creditores infra quinquennium illud quod sibi debetur, petere oportere: alioquin si illud non petant, ius suum amittere, eodem statuto cessionarios quoq; comprehendendi, cum creditor sit, & si in eodem loco subdat Bald. quod si statutum disponat ad petitionem creditoris debitores absque vlla citatione carcerari posse, cessionarios non comprehendendi, ea ratione quod prius de iuribus cessionis inspiciendum sit, vt voluit Innoc. in c. quia V. extra de iudic. & sequitur Saly. in d. rub. & in l. i. ff. si cert. pet. & Saly. iterum in d.l. per diuersas. in 13. quæstio. & iterum idem voluit Roman. in eadem rubrica, & in l. prima, & in consilio 142. quod cessionarius. Ad illud autem, quod dixit Bologninus in dicta rubrica, quod scilicet cessionarius fidem debitoris sequutus non sit, & ideo vere debtor dici non possit, satis (ni fallor) concludenter dici potest, quod ex quo cedens dicitur fidem illius cum quo contraxit sequutus, pariter idem etiam de cessionario dicendū est, cum in cessionario omnia transferantur, quæ apud cedentem sunt. l. si ager, in si. ff. de rei vendic. vbi Bart. & Dyn. in cap. pro possessore, de regu. iur. in 6. Si igitur apud cedentem est, illa qualitas vt fidem alienam secutus sit, vtq; & eadem cum ipsa cessione in cessionarium transiuit, & sic saltem medio cedentis fidem alienam secutus dici debet: & ideo dixit Angel. in l. si cum emptore. num. 3. ff. de pact. consuluisse & obtinuisse, vt creditor qui alteri iura sua cessit, & cessionarium in locum suum posuit, post ipsam cessionem nec agere, nec exigere à debitore posse: & si cessionarius nec egerit, nec exegedit, nec quicquam de illis tribus fecerit, quæ dicuntur in l. 3. C. de nouatio.

Illam autem conclusionem, † quod statutum disponens ad petitionem creditoris debitores absque vlla citatione in carcerem detrudi possint, cessionarios comprehendat, limitat Roma. in d. consil. 142. numero 2. vbiunque constitutione aliqua vel statuto ciratio remissa sit, quandoquidem si partium conventione ciratio remitti potest, l. diem proferre, §. si quis ex litigatoriis, certe vt constitutione aliqua, vel statuto tollatur, multo magis dicendum est, l. fin. C. de fideiuss. & l. si libertus minorem. ff. de iure patron. cum similib. & ob id subdit Roman. in dicto consilio 142. tolli obiectione. Imola in dicto capitulo quia vero. extra de iudic. & Bald. in dicta l. per diuersas. quia loquuntur, quando constitutiones vel statuto citationem non remittunt, & ideo esse. mus in casu dubio. Si enim constitutio vel statutum citationem remitteret, esse. mus in claris.

## CAP. LXVII.

## ARGUMENTVM.

Cui ex delicto, legato vel fideicomisso debetur an creditor appellari possit.

## SYMMARIA.

- 1 Creditor, an ille dicatur, cui ex delicto, legato, vel fideicomisso debetur.
- 2 Heres adeundo hereditatem, cum legatarius contra here videtur, & an vere.
- 3 Differentia inter creditorem & creditum, an sit facienda.
- 4 Etymologia vocabuli derogat communis vsus loquendi.
- 5 Statuta interpretatione passione extensiuam recipiunt.
- 6 Creditor proprius ille non dicitur, qui ex necessitate non sponte fidem alterius sequitur.
- 7 Hereditas appellatio fideicommissarius non comprehenditur, nec contra fideicommissarij appellatione venit heres.
- 8 Verba in materia statutaria, quomodo accipienda.

**C**reditor, † an ille dicatur, cui ex legato, fideicomisso vel delicto debetur, variae, ut ex inscriptis apparebit, & satis diuersæ extant Doctorum nostrorum opiniones: Bart. quem sequuntur Bald. & Anton. à Butrio in d.l.i. in lectu antiqua, ff. si cert. pet. creditorem dici arbitrantur. per tex. in l. debitor, & in l. creditores, ff. de verb. sign. & id clarius exprimit in secunda lectura, vbi glo. dicit tamen Alex. in d.l.i. num. 37. eundem Bart. voluisse statutum de re credita loquens, verbo participij vtens, ad huiusmodi creditores non extendi, ea potissimum ratione, quod vocabuli allusio repugnet, & in illis casib. quis debitoris fidem non sequatur, & ideo res credita dici non potest, d.l.i. hanc Bart. opinionem sequitur Angel. ibidem, & cuim ea transit simpliciter Paul. Caltr. in d.l.i. & tradit Alba in cons. 74. nu. 13. qui inquit magis communem esse opinionem, ut appellatione creditorū etiam fideicommissarij comprehendantur, ut voluerunt Alex. & Ias. in d.l.i. ambo, nu. 42. ff. si cert. pet. Hanc conclusionem Bart. contra communem sequitur etiam Ripa in dicta l.i. numero 92. & 94. ff. si cert. pet.

Verum contra Bar. tenet Salyc. in d.l.i. quatenus ad legata vel fideicomissa pertinet, per text. in l. is cui, §. Flavius. ff. de solut. cum ibi id q. ex causa fideicomissi debetur, crediti appellatione comprehendantur, & id saltem ex communi vsu loquendi procedere censem; & ex eo maxime confirmari arbitratur, quod † haeredes hereditatem adeundo cum legatariis contrahere videntur, l. apud Julianum, §. fin. cum l. seq. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. & §. si heres, infit. de oblig. quia ex quasi contr. & tradit Curt. iun. in consil. 170. nu. 7. yr de hoc infra dicetur. & ideo ex quadam saltem fictione legatarij hereditis fidem sequi videntur, dicit tamen statuti mentem & intentionem attendendā esse. Præterea hanc opinionem contra Bald. sequitur Fulgos. in eadem l.i. ff. si cert. pet. & in specie loquendo delegato contra opinionem Bart. videtur facere text. in d. §. Flavius. Vnde infit ibidem Alex. inter creditorem & creditum † differentiam ullam constituendam non esse, licet Bar. adesse existimauerit, quam etiam damnat & reprehēdit.

Ludou. Rom. in ead. l.i. Videtur namq; impossibile cessante credito creditorem dari: cum correlatiua sint, & vno remoto, aliud quoq; remoueri necesse sit. l. si. ff. de acceptil. & l. si. C. de indicata vidu. tollen. Imo si recte animaduertatur, non solum vnum ab alio procedit, sed potius vtrumq; ab eadem radice oriū dicendum est. & ideo subdit ibidem Alexan. nō obstat tex. in d.l.i. quod scilicet legatarius fidē sequutus non videatur, quia † illud ab etymologia vocabuli deriuatur, cui communis loquendi vlus dergare solet, l. librorum. §. quod tamen Cassius, & ibi notatur. ff. de leg. 3. & l. labeo. ff. de supelle. legata. Accedit etiam ad hoc quod titulus, ff. de cond. indeb. sub eadem rub. ff. de reb. cred. comprehenditur, vt notat gl. ibi, in ver. varios. & si ille titulus de eo loquatur, qui creditum prætendit. ob id quod errans indebitum soluerit, & ideo fidem illius cui soluit sequutus non est. Vnde etiam apparet ab initio consensum illius, cui debetur, ad hoc, vt creditor dicatur, necessarium non esse: & ideo subdit Alex. constare etiam aliquibus lecturis, quas ipse habet, eum cui ex delicto debetur, improprie creditorē esse per tex. in l. si cui, ibi, creditoris loco, &c. ff. de verb. sign. Quæ sane verba improprietatem denotant, l. interdum. §. qui tutelam. ff. pro empto. & §. quos autem. Institut. de bon. oposse. & l. mercis. la. vltima, vbi tradit etiam gl. ff. de verb. sign. Aliud enim est, quid esse tale, vel pro tali habendum. Quibus etiam addit, quod statutum de creditore loquens, in eo etiam locum haber, qui ex delicto creditor est. Et ratio est, † quia statura interpretationem passione extensiuam recipiunt; vt notatur in l. si quis seruo. C. defurt. & in l. quod vero. ff. de legib. & ideo cum ius commune hūc pro creditore haberi velit: merito statutum loquens de creditore, in eo quoque locum habere dicendum est.

Ias. vero in eadem l.i. n. 40. & 47 ff. si cert. pet. hac de re loquens tres inquit eiusdem rei opiniones, & eas satis quidem diuersas, & inter se repugnantes à Doctoribus referri: Primam Iacob. Butri. quæ frequentiribus calculis recepta est, vt scilicet propria vocabuli allusione inspecta proprie creditor nō dicitur, & id ea ratione quod fidem alienam non sequatur: ac cōmuni loquendi vsu inspecto, creditores omnino dicantur, & ideo à statutis cōprehendantur. Quod autem communis vsus loquendi ita se habeat, probat tex. in l. si cui, in verbo, appellando, & in l. creditores, ff. de verb. sign. Si enim, inquit Ias. pōderemus tex. in d. §. si cui, ibi, sed et si, satis apparebit, eam aduersatiuam dictionem iuris identitatem & facti denotare, vt inquit gl. in l. sed et si, in prim. ff. de peti. her. & Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de damn. infec. Hanc opinionem sequitur etiam Alberi. in d.l.i. col. fin. ff. si cert. pet. & Salycer. & Raphael. Fulgos. & pro hac sententia Angel. adducit text. in l. i. C. qui manu. non pos. quem ad hoc ibi ponderat Bald. & notat etiam id gloss. in l. hereditarium. C. de actio. & obligatio. & ad idem refert text. in l. fin. & ibi Bald. C. de hered. actio.

Secunda est opinio Bartol. de qua supra nonnulla diximus, concludentes creditores ex delicto; legato & fideicomisso vere creditores appellari & dici posse, constitudo tamen differentiam inter verbum creditores, & crediti principium. Hanc Bartol. opinionem licet sequi videantur Angel. & Paul. Castrensi. eam tamen alii magis communiter reprobant.

Tertia

# De Executionibus, Tractatus. §.6.

361

Tertia autem est opinio Ludouic. Roman. qui dixit, appellatione creditoris, eos nullo modo comprehendere, quibus ex legato, vel delicto debetur. Huic opinioni respondet Alex. in d.l.i. ff. *dereb. cred.* cui addit Iason ponderandum esse, quod quando quis non sponte, sed ob aliquam necessitatem, † fidei alienam sequitur, creditor proprie non dicitur, *l. si tibi pecuniam. ff. de reb. cred.* vbi Bartol. notat. Sed hi huiusmodi sunt, ergo proprie & vere creditores dici non debent. Subdit tamen eodem in loco, id non simpliciter & absolute verum esse, sed nisi ex communi vsu loquendi aliter inductum sit, iuribus supra ad id deductis. Hoc præterea etiam modo respondet prædicto. §. *penultim. in verbo*, absolute, id est large, *in auth. de fideiuss.* Verum quod adhuc ille, cui ex maleficio debetur, creditor dicatur, videtur cōprobari per text. *in l. rescriptum, in princ. cum gloss. & ibi Bald. in 3. notabil. ff. de pact.* & *in l. si cum fideicommissaria. §. 1. ff. qui & à quib.* Accedat etiam, quod Laurentius Calcaneus in *conf. 75. nu. 14.*

7 vt in materia statutaria appellatione, † fideicommissarij, hæres non comprehendatur existimauit vel econtra quod hæredis appellatione fideicommissarius non veniat. Etsi Salycetus & Richart. dixerint, rem, quæ ex legato vel fideicommissio debetur, debitam dici, *per tex. in l. is cui. §. Flavius. ff. desolut.* cum defunctus fidé hæredis pro legatariis & fideicommissariis sequutus dicitur, & ideo creditores dici possint: Nam ad illud, quod dixerunt Richardus & Salycetus, respondet ibidem Calcanetis ex lata & impropria procedere, per ea quæ, sapra diximus, quibus addit text. *in l. cum haredi. ff. de actio. & obligat.* vbi cum hæres debitor appellatur, vt legatarius sit creditor, necesse est, *vt est tex. in l. in fraudem. ff. de his, que in fraud, cred.* Ibi enim editum per exclusionem de renouanda libertate in fraudei creditorum facienda, loquens Iureconsultus ad fideicommissarios, & sic ex lata significatione extendi vult. Si igitur ibi ex lata significatione extenditur ad fideicommissarios, ergo consequens est, vt ex propria significatione nō extendatur omnino dicendum est, vt inquit facere text. *in l. fin. §. licentia. C. de iure deliber.* vbi text. inter creditores fideicommissarios & legatarios diuersitatem esse ait: Quandoquidem licet supra dictum sit, hæredem adeundo hæreditatem quasi contrahere cum legatariis & fideicommissariis, id tamen non vere, sed ficte & improprie accedit, *l. ex maleficiis. §. heres. ff. ex quibus caus. in possess. eat. & d. §. Flavius.* Vec videtur obstare tex. in contrarium adducti, propterea quod ideo ibi id procedit, quia verba text. ad aliud efficax creditum, quam ex fideicommissio referri non poterant: & ideo vt verba ac dispositio aliquid operentur, ad id referri opus est, quod ex causa fideicommissi deferatur. Si enim ad aliud referri possent, ex quo debitum ex causa fideicommissi creditum improprie dicitur, ad illud non referrentur. Si igitur hoc legis dispositione fit, vt multo magis in statutaria dispositione locum habeat, dicendum est. Redendo modo ad rem nostram, cum verbum, creditoribus, ad creditores ex contractu, & ex quasi contractu vel legati aut fideicommissi causa, seu donationis causa mortis, referri possit: vtique de creditoribus ex causa contractus vltro citroque obligatorij: & ex quo quis fidem alterius sequitur, poterendum est, cum huiusmodi mutui contractui

similes sint, non autem alios, qui lata vocabuli significatione comprehenduntur: & præsertim cum ita intelligendo legum correctio evitetur, vt supra dictum est, & ita inquit firmare recentiores in d.l.i. ff. *si ceriū. petat. & facere text. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebellian.* Vbi Iureconsultus crediti appellatione illud continer arbitraturi, quod ex causa fideicommissi debetur, licet improprie creditum dicitur si aliquid proprie efficere non possunt. Et ideo infertur proprie illud debitum dicendū non esse, quando verba proprie aliquid efficere possunt. Vnde cum late sumpto vocabulo creditum & debitum id etiam dici possit, *vt est text. in d. §. Flavius.* merito mirum non est, si ibi dicitur crediti appellatione solum fideicommissariam pecuniam demonstrare videtur, cum verbum illud, videtur, improprietatem denotet. Accedat etiam quod diuersitas vocabulorum diuersitatem effectus ostendit, *l. si idem. C. de codit.* & ab ea validum est argumentum, *l. 2. §. appellata. ff. si cert. petatum etiam quia ille text. de debito ex delicto loquens dicit loco debitoris haberi, l. si cui. ff. de actio. & obligat.* quod etiam verbum habetur, improprietatem denotat, *l. qui fundum, §. qui tutor. ff. de vsucap. pro emptor.* & *l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt.* & facit text. *in l. sed damnum, §. si creditor, ff. de pecul.* & licet, vt inquit ibidem Calcaneus, numero 16. appellatione creditorum, de iure cōmuni, de quocunq; debito per Iureconsulti extensionem intelligendum sit, ex impropria significatione!: attamen in materia statutaria, † in qua verba proprie intelligenda sunt, § proprie & stricte accipi debent, *vt est text. in l. constitutio. ff. ad munic.* & *in l. 3. §. hac verba. ff. de nego. gest.* & habetur late in l. *qui quicquid astringenda, ff. de verborum obligat.* nisi fortasse in contrarium de statuentium mente appareat, *l. non aliter, ff. de leg. 3.* & *in l. 1. §. is qui nauem, ff. de exercit.* vel nisi proprius & verus intellectus statutum ad iniquitatem vel absurditatem reducat, *l. in ambiguo. ff. de legi.* & *notatur in l. omnes populi, ff. de iust.* & iur. vel nisi aliter loquendi vlus suadeat, propterea quod in prædictis casibus improprietas etiam attendenda est, communis vlus loquendi, *l. cum de laniōnis. §. asinam. ff. de fun. instrum.* & *l. librorum. §. quod tamen Caſius, ff. de leg. 2.* Vbicunque igitur non sumus in his casibus, verbum creditoris, secundum propriam significationem intelligendum est, & ex consequenti quod sit debitor vel creditor, ex contractu vltro citroque obligatorio, & sic ex quo quis fidem alterius sequutus sit, *vt notat Butr. in rub. super versic. Iustinianus.* & ad hoc facit illud, quod dixit Bartol. in *l. contractus. C. de fide instrum.* vbi notatur quod si forte statutum disponat, *vt de quolibet contractu solvatur gabella de transactione & donatione non soluetur,* propterea quod propriæ contractus non sunt, *vt ibi habetur, & in l. si donat. C. quod met. causa.* qui quidem tex. optime probat, donationem contractum propriæ non esse, ptout voluit Bald. ibi, & rursus idem Bald. in rub. *C. de pact.* pariter querit, an stante statuto quod mulier sine consensu duorum propinquorum contrahere non possit, an se obligare & consensum præstare possit. & concludit simplicem consensum prohibitum non esse, licet obligatio dicatur, quo fit, *vt concludit ibidem Calcanus.* vt statutum de creditore loquens legatarium vel fideicommissarium nullo modo comprehen-

Hh  
dat.

dat. De his tribus opinionibus loquitur etiam Socin. in d.l.i.num.43 ff. si cert. pet. & vult, vt debitores ex legato seu delicto iure communi, & communi visu loquendi comprehendantur. & ideo Corn. in d.l.i.num.20. ff. si certum peta. inquit inter legatarium & creditorem magnam differentiam esse, d.l.fin. §. licentiam, C.de iure liber. & l.i. C.de bonis author. iud. possid. Vnde infert, quod si statutum dicat, vt viso instrumento crediti fiat executio talis, executionem viso instrumento legati: hoc est testamenti: faciendam non esse; nec etiam econtra, vt videtur text. in l.verba, gesserunt. ff. de verbis signif. secundum Bal, vt latius prosequitur ibi Corn. Præterea etiam Prosper Caraui. super Ritib. magnæ Curiæ, Ritu 287. num.12. & 13. pariter vult quod creditores ex delicto, creditores non dicantur. Et ideo infertur quod priuilegium, vel gratia, vt infra quoddam tempus creditores molestia affici non possint, vt supra diximus, referendo Guilel. & alios, ad creditores ex delicto, non extenditur ob id, quod creditor ex causa delicti, proprie creditor non est. Item hanc eandem conclusionem, quod ille cui ex delicto vel legato debetur proprie creditor non dicatur, nec etiam ex communi visu loquendi, tenuit Ripa in d.l.i.nu. 92. & 94. ff. si cert. pet. & hanc conclusionem inquit communiter sequi doctores, & si contrarium tenuerint Fulgos. & Decius in d.l.i. quorum tamen opinionem contra communem ipse amplectitur.

Retinendo opinionem hanc contra communem non videtur obstare, si fortasse dicatur inter creditores legatarios & fideicommissarios & quoscunque alios habentes aliquod ius in bonis defuncti aditione hæreditatis & hæredem etiam lato sumpto vocabulo aliqualem quasi contractum induci: & si non sit contractus absolute, esse saltem quasi contractum, d.l.ex malefici. §. heres. ff. ex quibus. caus. in poss. eat. & appellatione contractus, veniat quasi contractus, vt dixit gloss. in l.i. ff. de act. & obligat. dum vult, sub contractu cötineri quasi contractum, ad quod facit text. in d.l.ex malefici. §. tute- la. & l.sed cum aliquis. ff. de neg. gest. iuncta d. l. contra- ctus. ff. de actio. & obligat. & in l.fin. C.in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrahab. Vnde Bart. in l.more. ff. de acquir. her. voluit, vt stante statuto, vt mulier contrahere non posset, ab aditione quoque hæreditatis arceatur, propterea quod pro contractu omnis obligatio accipitur, l.omnes. ff. de iudic. quo sit, vt si mulier se obligare non possit repugnante statuto, hæreditatem quoq; adire non possit, vt casus in d.l.more, propterea quod prædictus satis ex iis, quæ supra deduximus, responsum esse videtur, & tradit Calcaneus in loco supra relato.

Si vero teneamus opinionem Bartol. dixit Ripa eodem in loco, infertur ad illam questionem, an ad instantiam creditoris ex debito vel legato possit debitor detineri stante statuto, vt ad instantiam creditoris debitor carcerari possit. & stante opinione communi carcerari non poterit, stante vero alia contra communem poterit: Quia etiam fiscus creditor est in penis, l.rescriptum, vbi tradit gloss. ff. de past.

### CAP. LXVIII.

Argumentum est in Summariis.

### S U M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de creditore, an habeat locum in creditore ex causa legitima.
- 2 Heres institutus non venit appellatione creditoris hæreditarij.
- 3 Contractus legem accipiunt à conventione partium.

**Q**uæri etiam potest, vt inquit idem Laurentius Calcaneus in d.conf. 75. num. 20. + an statutum loquens de creditore, ad creditorem ex causa legitimæ extendatur: & ex cōsequenti in petitione legitimæ vel eius supplementum locum habeat: & vt in eis locum non habeat, arbitratur: mouetur autem ad firmandum hanc conclusionem ex pluribus: & primum ex eo quod petitio hæreditatis dicatur petitio legitimæ debitæ filio, propterea quod in ea institutus censemur, vt tradunt Docto. & præsertim Salyc. & Florian. in l. si quis in suo. ff. de inoff. testam. pertex. in l. quisquis an filias, C. ad l. Iuliam Maies- ta. & in l.i. §. i. C. quando & quib. quart pars de bea. lib. 10. & voluit Dynus in cap. non debet. & in cap. sequenti. de regul. iur. in 6. + Si igitur in ea institutus censemur, consequens est, vt creditoris hæreditarij appellatione non comprehendatur, prout etiam nec hæres niversalis creditor hæreditarius censemur. Quicquid autem de legitima dicitur, de eius quoque supplemento dicendum est, vt nonnulli voluerunt, argumento l. si se. S. condemnatum. ff. de re iudic. & l. & index. ff. de iudic. & ideo quemadmodum legitima si- ne ullo onere debetur, l. quoniam. C. de inoff. testam. ita etiam & eius augmentum, l.sancimus. eo. tit. Præterea ex quo legitima ex testamento debetur, cre- ditor vero ex contractu sit: merito eadem diffe- rentia inter creditorem ex contractu, & creditorem ex legitima esse debet, quæ est inter contractum & successionem ex testamento vel ab intestato, siue viuens, siue in legitima. Accedat etiam, quod successio & hæreditas datur à legè, vel testamento, non autem ex contractu, l. lege obuenire. ff. de verb. signif. & facit illud, quod notatur in l.fin. C. de paci. & in l. qui superstici. ff. de acquir. hered. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbis. oblig. & l. in arena. C. de inoff. testam. ibi non damnato in arenam, sed sua sponte existente lex hæreditatem legitimam seruat. & fa- cit text. in l. 3. §. penult. ff. pro socio. id quod etiam de le- gitima dicitur, quæ etiam à lege datur, & à lege sup- pletur ei, cui debetur, etiam si in uno numero in- stitutus sit. l. si quis priore. ff. ad Senatus cons. Trebell. & tradit Bald. in l. bac edictali, C. de secund. nupt. & habe- tur in d.l.sancimus, iuncta l. omnimodo. eod. tit. Petitio igitur legitimæ seu supplementi legalis est, & à le- ge proficiuntur. Lex enim supplet illud, quod testa- tor omisit d.l.sancimus. §. repletionem. & ideo petitio condicione ex lege, & personalis est, vt habetur in l.Papinianus, §. si conditioni, ff. de inoff. testam. vbi tradit glossa quam sequitur Angel. & Docto. De eo autem, quod ex contractu debetur, aliter dicendum est, ex quo lex ad vnguem contractus formam seruari mandat: & illud quod inde prouenit, petitio actione ex eo contractu: nam contractus + ex partium & conventione legem accipiunt. l.i. §. si conuenerit. ff. de pos. & l. contractus. ff. de regul. iur. & ideo id, quod a- ctum est, inspici oportet inter contrahentes. l. 3. ff. si certum petat. & l. Lucius. ff. manda. & l. semper in stipu- lationibus. ff. de regul. iur. cum vulgaribus. Accedat etiam, quod ex quo sunt ita diuersa quoque ratio & ius

iuss esse debent. l. si maritus. ff. de donat. inter vir. & viror. l. inter plures. ff. de tributo. & l. Papinianus exuli. ff. de mino. & l. ff. de calum. Vnde tandem concludit, nec hereditatis petitionem, nec legitimæ contratus, vel crediti appellatione comprehendit; & ideo nec etiam à statuto de creditoricus loquente; sed in dispositione iuris communis ut casum à statuto omnissimum remanere, per ea quæ habentur in l. si cumentorem. ff. de soluto matrim. & in l. commodissime. §. si alterutrum. ff. de lib. & posthum. & l. si ita sit scriptum. eod. tñrul. & in l. extraneus. ff. de condi. ob caus. & in l. quis in testamento. §. Marcellus ff. de leg. primo. & tradit Bart. in l. maritus ff. de procurat. cum vulgaribus.

## CAP. LXIX.

### Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Debitorum an comprehendantur sub gratia,

**D**ebitorum, an comprehendantur sub gratia, ut debitor infra quinquennium à suis creditoribus vexari non possit, iuxta text. in l. quoties. C. de precib. Imper. offer. An tali priuilegio non obstante à creditoribus ex causa delicti conueniri possint. In hac quæstione Roma. respondit debitorem à creditoribus ex causa delicti conueniri nō posse, etiam quod creditor ex delicto creditor large dicatur, & ex consequenti contrarium dicendum videatur, cum de iure & proprie creditoribus dicendum existimetur. Mouetur autem Romanus ex eo, quod id à principiis gratia procedat, & quæ ampliari & extendi solet, non restringi. l. fin. C. de constit. Princi. & cap. cum dilecti, extra de don. hanc opinionem tenuerunt Guilielm. de Cun. & Dec. in l. sed si ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. & in l. si reum. ff. de re iudic.

Contrariam autem opinionem tenet Ripa in d. l. i. ff. si certum petat. & iis, quæ deduxit Roma. ita respondebit: & in primis dum Romanus mouebatur ex eo, quod gratia sit amplianda: inquit verum esse gratiam contra concedentem ampliandam esse. At secus contra tertium, quia contra eum restrin- genda est, l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publico, & cap. super eo, extra de offic. deleg. & cap. ex tua, extra de authori. & vñ pallij. Hanc conclusionem comprobat ex eo, quod dixit Bal. in l. 2. C. de in ius vocan. & præser- tim, quia ut supra vidimus, ut creditor ex delicto proprie creditor sit, quamplures voluerunt. Stante hac opinione, dicit Decius non obstatere iura à Ro- ma. deducta, videlicet in d. l. sed si ex parte. §. quamquam. ff. quod cum eo. & in l. si rerum. ff. de re iudic. Quia lo- quuntur in delinquente post gratiam: & nos loqua- mur in gratia concessa post delictum, & eodem modo respondent ad text. in §. quod si delinquentes. in Auth. de manda. Princ. Decius vero aliter illis iuribus respondet: Ut scilicet de debitoribus ex contractu loquantur: & ideo mirum non esse, si ad debitores ex delicto non extenduntur. Verum Ripa approbat opinionem Cyni & Guiliel. & sequacium: & mo- uetur, quia negari non posest, quin Princeps delin- quentibus gratiam concedat, ut dictis iuribus pro- batur: ergo gratia est subreptitia, si delicti mentio non fiat, cap. postulasti, in vers. non ita de leui, ex- tra de rescript. & ita tenendo dicit Ripa non ob- stare gloss. in cap. sanctorum, 12. q. 2. quia illa pro- cedit fauore pietatis, & vbi de alicuius præiudicio

non agitur, & in his terminis inquit procedere eas quæ dixit Ias. in auth. res, que. C. commun. de legat. dum quarebat, an res prohibita alienari, pro redem- ptione captiuorum alienari possit. & hanc partem inquit tenere Roma. in singu. 170. dum vult, vt si cre- ditoribus commeatus seu fides publica conces- tur, ex delicto creditores non comprehendantur, & sic videtur præualere conclusio, vt creditores ex delicto non comprehendantur.

Limitatur hæc conclusio, quando in gratia ratio generalis expressa esset, propterea quod ea etiam contra creditores ex delicto locum haberet: vt puta si ratio paupertatis exprimatur; & si dicat Ripa de- linquentes, vt in paupertate marcescant, digni sint, l. quisquis. ff. ad l. Iuliam Maiest. & l. bona fides. ff. depositi. Quotiescumq; igitur ratio in gratia expressa talis est, vt etiam creditores ex delicto comprehen- dat: tunc creditores ex delicto comprehendun- tur, l. regula. ff. de iur. & facti ignor. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & ideo dicunt, si alicui comme- atus concedatur, vt in ciuitatem sine ullius mole- stia venire possit, intelligendum quoq; est ex causa delicti, vt inquit Bartol. in cons. 164. Statuto ciuitatis Tuderti: propterea quod commeatus ratio ea fuit, vt redire posset, vt voluit Bart. in l. i. ff. ad leg. Iuliam Maiest. Hanc limitationem sequitur etiam Prospex Caravita super Ritib. mag. Curia, ritu 287. num. 12. & 13. & Ripa in d. l. i. num. 99. ff. si cert. pet. per tex. in d. l. re- gula, §. cum quis. ff. de iur. & fac. ignor.

## CAP. LXX.

### Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Debitoribus si concedatur gratia, ut intra certum tempus molestia affici non possint, an a deorum fi- iussores extendatur.

**A**dnectenda est præcedenti huiusmodi conclu- sio: Quæri enim solet, tñ si gratia, ut conueniri tñ intra quoddam tempus non possit alicui concessa sit, quam moratorium appellant, de qua habetur in l. quoties. C. de preci. Imper. offeren. an eius fideiussores comprehendat. Hanc questionem attigit Dynus in l. quoties, numero 7. versic. sexto quero. vbi tradunt etiam Bald. & Salyc. num. 4. versi. quero, an. C. de pre- cib. Impera. offer. & Bar. in l. cum filius familias. §. si stipu- latus sum. numero secundo, in fi. ff. de verborum obliga. & Dyn. in consil. ii. & Bald. in l. cum mandatori, num. 7. versic. secundo quero. C. de non num. pecu. & Angel. Are- tin. in rub. Instit. de exceptio. versicul. secundo postquam. numero 12. & Prospex Caravita super Ritib. 287. numero 16. ex quorum dictis colligitur, quod huiusmodi gratia seu (vt dicunt Docto.) moratoria debito- rum personæ gratia concedantur, & ut plurimum, & fortasse semper ob eorum paupertatem ad fideiussorum personas non extendantur, per text. in l. exceptiones. ff. de exceptio. & in l. quia personale, cum ibi notatis à Bartolo. ff. solut. matrim. & in l. et si fideiussor. ff. de re iud. & §. quod principi, Institut. de iur. natura. cum aliis ab ait deductis.

Verum stante prædicta conclusione, vt fideiussores non comprehendantur, Doctores prædicti cautelas duas deducunt, quæ saltem indirekte eo- rum fideiussoribus profundunt. Prima cautela est, vt fi- deiussoribus exceptionem discussionis principalis

**obiiciant, iuxta text. in §. 1. in Authent. de fidei usso.** Illud autem, quatenus pertinet ad hanc cautelam, animaduertendum est, quod procedet de iure communi; secus vero si alicubi iure municipali **excussio** principalis reiiceretur, & statim aduersus **fi dei ussores** principalibus non excussis agi posset, multis in locis iure municipali cautū esse, certū est.

Secunda etiam cautela est, si exceptio cedendarum opponatur, ut habetur in l. nisi iuncta gloss. & notat etiam Ang. ibi ff. de pact. & in l. si stipulatus eset, §. primo. iuncta gloss. in verbo. exceptione. & in l. vt fideiusff. de fidei usso. In his enim casibus, cum stante gratia, seu (vt aiunt) moratoria, nec principalis excutio possit nec iura cedi, creditores repellentur; & praeterritum si talis gratia seu moratoria sit ab ipsis creditoribus concessa, eum in id ut excusso & cessatio fieri non possint: culpa sua inciderint, argumento. l. si pupillum alterum ff. de administratio. tuto.

Limitatur autem hęc prima cautela duobus modis; & primum, vt voluerunt Cynus & Salycet. in dicta l. quoties. Vbicunque gratia vel ( vt ipsi dicunt) moratoria generaliter respectu omnium suorum creditorum concessa esset, propterea q̄ tunc cum etiam fideiūssores saltem late sumpto vocabulo creditores dici possint, argumēto d.l.i.in fine ff. si certum peta. videtur etiam cōtra ipsos fideiūssores concessa gratia. vel moratoria: & ideo contra suum principale, vt excutiatur, vel in ius vocetur agere non possunt, vnde est cautela illa, non procedat.

Secundo limitatur prædicta cautela, quando in instrumento dictis exceptionibus renunciatum est, prout renunciari potest, & sæpe renunciatur, ut inquit *gt. in l. stipulatus esset*. Propterea, quod ut inquit illa ibi glossa, in eo casu fideiuissorem nec exceptione excussionis, nec cedendarum obiicere possent, cum eis renunciassent.

Secunda autem cautela est, ut conuentis fideius-  
soribus debitor ipse pro suo interesse compareat,  
& exceptionem gratia, vel moratoria alleget:  
Ad hoc ut ipse per indirectum soluere cogatur: si  
deinde a fideiustoribus conueniatur, ut habetur in l.  
indebitam. ff. de conditio. indebi. & de hoc est text. in l.  
idemq. §. generaliter ff. manda. & in l. procurator, ad ex-  
hibitendum. §. si procurator ff. rem ratam haberit, cum si-  
milib. Subdit tamen animaduertendum esse, quia si  
gratia seu moratoria generaliter aduersus omnes  
credidores concessa sit, repelleretur, tunc creditor ab  
hac exceptione, per ea quæ supra diximus in prima  
limitatione. Hæc sunt diligenter notanda cum quo-  
tidie in facto contingent: Ea autem, quæ in gratia  
seu moratoria debitori concessa dicta sunt; pariter  
etiam eidemmet rationibus in bonorum cessione  
locum habent.

C A P. LXXXI.

## ARGVMENTVM.

An statutum de creditore loquens  
possit ad creditricem extendi.

## S V M M A R I A.

- 1 Creditoris appellatione, an creditrix quoque comprehendatur.
  - 2 Statutum disponens, ut statuta ad literam intelligantur, & ut iacent, efficit, ut statutum loquens de creditore ad creditricem non extendatur.

- 3 Statutum loquens de creditore, non potest extendi ad  
 creditricem, si via interpretationis extensio.  
 4 Interpretatio intrinseca, in quo differat ab extrin-  
 seca.  
 5 Statutorum verba disponentium, ut intelligi debeant  
 sine aliqua interpretatione, intelliguntur de signifi-  
 catione extranea à significatione verborum.  
 6 Statuto disponente, ut statuta alia ad literam, & vt  
 iacent intelligantur, reiicitur omnis intellectus, seu  
 interpretatio, qua a sensu directo statuti non pro-  
 uenit, & alia multa in sequentibus numeris.  
 7 Verbum, proximior, non includit existentes in diversis  
 gradibus, stante statuto quod statuta intelligan-  
 tur ad literam, & vt iacent.  
 8 Extensio nulla in aliis statutis facienda est, stante  
 statuto, ut statuta intelligantur ad literam, prout  
 iacent.  
 9 Substitutio vulgaris expressa non continet tacitam  
 pupillatem, si extet statutum in loco disponens, ut  
 statuta intelligantur ad literam, prout iacent.  
 10 Statuta non trahuntur ad benignum intellectum, &  
 in loco extet statutum, ut statuta ad literam, &  
 prout verba sonant, intelligantur.  
 11 Casus mixti in simplicibus non continentur etiam in  
 materia favorabili, stante statuto, ut verba statu-  
 torum intelligantur ad literam, & prout iacent.  
 12 Litera est, qua oculus videtur, nec solo intellectu percipi-  
 tur.  
 13 Statutum si disponat generaliter, statuta non debere  
 recipere interpretationem, nisi exposituam & vul-  
 garerum, operatur, ut in statuto de filiis disponente ne-  
 potes non comprehendantur.  
 14 Filiorum appellatione nepotes non comprehenduntur,  
 stante huiusmodi statuto.  
 15 Sorores appellatione fratri, non comprehenduntur,  
 stante predicto statuto.  
 16 Geminatio magis enixa testatoris voluntatem ex-  
 stendit.  
 17 Extrinseca interpretatio, stante tali statuto, non ad-  
 mittitur.  
 18 Statutum, quod in uno ex duobus equiparatis à lege  
 veteri procedit, habet etiam locum in alio, quomo-  
 do & quando procedat.  
 19 Statuti verba si vt iacent intelligenda sint, debent in-  
 terpretari secundum communem usum loquendi.  
 20 Interpretatio passiuana non remouetur, sed extensio,  
 stante statuto, ut verba statutorum ad literam &  
 vt iacent intelligantur.  
 21 Argumentum à simili, an locum habeat, rbi extat  
 statutum, ut verba statutorum intelligantur ad li-  
 teram & prout iacent.  
 22 Correlatiorum regula non procedit, stante statuto,  
 quod verba statutorum ad literam, & prout sent  
 intelligi debeant.  
 23 Masculinum non concipit femininum, stante dicto  
 statuto.  
 24 Statutum disponens vt sub simplici non comprehen-  
 datur casus mixtus, non tollit facultatem necessa-  
 riū, que est iuriū naturalis.

**Q**værendum etiam est, iuxta prædicta, tancre-  
ditoris appellatione creditrix comprehendan-  
tur? Quia in re Socini junior in cons.i.num. 102. vol. 1.  
clarum & manifestum esse inquit, de iure subver-  
bo credidores, fœminas quoque comprehendendi, &  
id inquit satis clare apparere in rub. & in l. prima. iun-

# De Executionibus, Tractatus. §.7.

165

*unct. l. secunda, in si. cum l. sequenti, & sequenti. ff. de pri-  
leg. credit.*

Hæc conclusio in aliquibus casibus limitatur,  
 2 & primum si extet statutum disponens, statuta in-  
 viuolabiliter obseruanda esse, & ad literam, prout iacent,  
 intelligenda, & vt interpretati non possint: Nam  
 3 tunc † statutū loquens de creditore, ad creditricem  
 extendi non debet, nisi vi extensiū interpretationis:  
 Nam masculinum non concipit femininum, nisi vi  
 extensiū interpretationis, vt inquit Corne. *in  
 conf. 14. num. 6. volum. 2.* & ideo cum extet statutum,  
 & debeat vt dixi intelligi & obseruari, huiusmodi  
 statutum de creditore loquens hæc extensiū in-  
 terpretationem non recipit, cum non sit interpre-  
 4 tatio † intrinseca, quæ huiusmodi statuto non re-  
 motetur, prout dixit Bald. *in l. si quis filium. C. de liber.  
 prater.* sed extrinseca, quæ non obstante dispositione  
 talis statuti remouetur, prout voluit Saly. *in l. quam-  
 uis, la. secunda. C. de adulte.* dum vult, vt quotiescumq;  
 statuti interpretatio colligitur a statuto dicente, vt  
 5 statutorum verba † sine vlla alia interpretatione ac-  
 cipientur, de extranea interpretatione à vocabuli  
 significatiōne intelligendū esle, & ex consequen-  
 ti de extrinseca, non autem de intrinseca & inhāren-  
 ti aut necessaria. *l. secunda, §. proinde. ff. de orig. iur.* vbi  
 latius ipse tradit. Præterea quod videatur prohibi-  
 6 tus omnis † intellectus seu interpretatio, quæ à sensu directo statuti non prouenit, ita vt ex eo argu-  
 mentum à contrario sensu sumi non possit, voluit  
 Bald. *in l. secunda. C. de condic.* *institut.* & Alexand. *in l.  
 prima. ff. de offic. eius. & Ias. in l. fin. colum. fin. limit. quar-  
 ta. C. de success. editio.* & Bald. iterum *in consilio 466. ro-  
 mine 1. & Socin. in l. cum auis. num. 84. ff. de conditio.* &  
 demonstrat. & *in l. prima. numero trigesimoctauo. ff. de  
 vulga. & pupill.* & hanc esse communem opinionem  
 attestatur Ripa *in l. prima. num. 171. ff. de vulga. & pu-  
 pill.* & idem dixit olim pater meus, Marcus Alinius,  
 super statuto Senensi, cōcludens nullam interpre-  
 tationem fieri, aut admitti debere, stante statuto, de  
 quo supra: Sed verba, prout iacent, simpliciter ab  
 que vlla interpretatione intelligenda esse. Vnde  
 7 est, vt verbum, proximior, † existentes in diversis  
 gradibus non includat, vt voluit Bald. *in l. secund. co-  
 lumna 3. C. de patrib. qui fil. distinx. & in authent. si qua  
 mulier. C. de sacrosanct. eccl. dum voluit, vt stante  
 prædicto statuto, vt statuta ad literam, & prout iacent  
 intelligantur, eius vi nullam † in aliis statutis  
 extensionem faciendam esse vel interpretationem,  
 nisi prout verba ipsa inferre videntur. Et idem quo-  
 que voluit *in l. precibus. column a 5. C. de impuber.* &  
*aliis substitut.* dum inquit, quod stante huiusmodi sta-  
 tuto † sub expressa vulgari tacitam pupillarem non  
 comprehendendi, & si alioquin de iure communi con-  
 tineatur, & Angel. *in l. si ita scriptum, ff. de liber.* &  
 10 posthum. inquit stante prædicto statuto † statuta alia  
 ad benignum intellectum non extendi, nisi prout  
 11 litera, & verba ipsa suadent; Ac in simplicibus † etiam  
 in materia favorabili casus mixtos non com-  
 prehendi, & si alioquin de iure contineatur. Idem  
 etiam refert & sequitur Ias. *in consilio quinquagesimo.* Item nobilibus de Aufulcio, *columna secunda* &  
*in consil. 52. visis & diligenti examine consideratis, colu.  
 19. volumine primo, & in consilio 205. in occurrenti con-  
 sultatione, column a sexta, versic.* item est aduertendum,  
*volum. 2.* Vbi conciudit vi huius statuti nullam in  
 aliis statutis extensionem faciendam esse, nec in-*

terpretationem, nisi vt supra diximus, & litera &  
 verba denotant: propterea quod litera ea † dicitur, 12  
 quæ oculis subiicitur & videtur, non autem ea quæ  
 solo intellectu percipitur, *l. prima, in prin. & ibi tra-  
 dit Bart. ff. de his, quæ in testamen delen.* Idem præterea  
 voluit etiam Alexand. *in consilio 45. habita pro viribus,  
 column a 2. libro 4.* Vbi ultra prædicta refert Bald. *in  
 l. maximum vitium, column a 5. C. de liber. prater.* † di-  
 centem statutum disponens generaliter, statuta  
 interpretationem, nisi expositiuam & vulgarem  
 non recipere, efficere vt statutum de filiis dispo-  
 nens nepotes non comprehendat, ob id quod vt fi-  
 liorum appellatione nepotes comprehendantur,  
 ab extensiū interpretatione procedit, *l. iusta. ff. de  
 verbo. signific.* & *l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel.* &  
 tradit Barto. *in l. librorum, col. 6. ff. de verborum signific.*  
 Præterea hanc eandem conclusionem tenuit Cor-  
 ne. *in consil. 324. videtur prima facie, col. pen. in prin. vol.*  
 3. Adducens illud, quod habetur in clemen. exiui de par-  
 adiso, de verbor. signific. Vbi summus Pontifex circa re-  
 gulam Diui Francisci disponens inquit, eam rudi-  
 ter exponendam esse ad literam nec glossandam  
 esse, nisi fortasse gl. verus sensus & intellectus quasi  
 grammaticaliter ad literā intelligibilius exprima-  
 tur & intellectus nulla ex parte extorqueatur aliter  
 quā ipsa litera sonet. Quæ sane verba ad huiusmo-  
 di statuta plurimum faciunt, vt dixit Bald. *in d. auth.  
 si qua mulier.* & sequitur Petrus Ancharanus. *in capi.  
 canonum statuta, in vltim. quæstio. principali, colum.  
 197. extra de constitut.* Inde inferentes, quod vbi vi-  
 get huiusmodi statutum, eius verba non aliter in-  
 terpretanda esse, an verba illius regulæ interpre-  
 tentur: id quod videtur etiam sentire Bald. *in dicto  
 l. omnes populi,* dum inquit literalem & plantum in-  
 tellectum ad vnguem sequi importare. Est autem  
 literalis intellectus santis verborum extraneo in-  
 terprete non indigens, *d. clemen. exiui. in fin.* vt  
 voluerunt Bad. & Ancharan. vbi supra. Hoc etiam  
 dixit: *Idem Corneus in consilio 276.* Constat matrem,  
 columna quinta, versicul. & saltem hoc audeo di-  
 cere, volumine quarto. Vbi loquitur in terminis  
 statuti Senensis, & concludit vi talis statuti, feliqua  
 illius ciuitatis statuta vltra propriam & verā ver-  
 borum significationem grammaticaliter & ad lite-  
 ram (vt eius verbis utrū) intelligenda & interpre-  
 tanda non esse: Et super eodem statuto Senensi in-  
 quirit Socin. *in consil. 82. circa præmissum consul. atio-  
 nis articulum, colu. fin. libro 4.* Et stante huiusmo-  
 di statuto dixit Saly certus *in l. maximū vitium. C. de li-  
 ber. prater.* verba in minus proprio significatu acci-  
 pienda non esse, & ideo filiorum appellatione, † ne-  
 potes (vt supra diximus) non comprehendendi. & Alex-  
 and. *in d. consilio 45. column a 2. volum. 7.* pariter di-  
 xit fratris appellatione, † sororem non compre-  
 hendi, propterea quod id extra literam & propri-  
 am significationem esse dicitur: Et ideo magis di-  
 cendū est, vbi in tali statuto mandante statutorum  
 verba ad literam, & vt iacent, intelligenda esse, essent  
 verba geminata, vtputa si in eo diceretur, statutorum  
 verba prout iacent intelligenda esse, & vt scri-  
 pta sunt: & pure, simpliciter, & aperte. Talis enim  
 geminatio † magis præcisam & enixā statuentium. 16  
 voluntatem & intentionem ostēdit: vt scilicet sta-  
 tutorum verba secundum meram & puram litera-  
 lemque significationem absq; vlla legis vel hominis  
 interpretatione intelligantur, vt dicunt Doctor. in

vulgata l. balista. ff. ad Trebell. & in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. libro vndecimo. Vnde etiam colligitur resolutio illius, quod dixerunt Bald. in dicto. o-  
 mnes populi. & Anchæ in dicto capitulo canonum statuta. prope finem, in vers. occurrit alia questio. & voluit etiam Bar. in dicto. l. omnes populi, in ultim. questio. dicta sexta & questio. principia. & Alexan. in consil. 192. volum. 6.  
 Verum namque est eam interpretationem admitti, quæ à verborum sono aliena non sit, & literali  
 17 expositione. Extrinseca tamen autem, quæ literali exposi-  
 tioni & verborum sono non conuenit, nullo modo  
 admittitur, & præterim stante verborum gemina-  
 tione. Hinc tamen ad illud responsio colligitur,  
 quod dici solet, statutum in uno ex duobus æquiperatis à lege veteri in altero quoque locum ha-  
 bere: Nam id in statuto disponente, ut ultra so-  
 num verborum & literalem expositionem statuta  
 interpretari non possint, accidere non potest. Ac-  
 cedat etiam prædictis quod Cotta in suis Memorialibus, in verbo, statuto cautum est ubique per Italiam,  
 quod verba statutorum seruentur ut iacent, litera  
 multa dicit de tali statuto, multaque alia in variis  
 locis tractantur: & quia quotidie solet adduci, me-  
 rito, dicit, quod stante huiusmodi statuto extensio  
 facienda non est, ut dixit Bald. in d. l. colum. fin. vers. si  
 autem desiderant, C. de patri. qui filios distraxer. & Alex.  
 in l. prima, col. 20. vers. puto. ff. de vulg. & pupill. & tra-  
 lason in l. non dubium, colum. sexta, vers. nota tamen,  
 dit C. de legib. & in consil. 25. eol. 2. volumine primo. & se-  
 quitur Felyn. in capitulo translato, column. 2. & 6. in  
 vers. item non acquiretur, extra de constitutio.. dixit etiam And. Barb. in rub. extra de fide instrum. colu. vndecima,  
 19 vers. de proprio. Verba tamen illa statuti, ut litera iacet, ex-  
 ponenda esse secundum communem loquendi vi-  
 sum, & late tradit Cotta in loco supra relato. Præ-  
 20 terea stante prædicto statuto tamen interpretationem  
 passiuam remouendam non esse animaduertendu-  
 dum est, extensiua vero esse, ut late tradit Decius  
 in dicto capitulo translato, column. penult. & sequenti,  
 extra de constitutio. in prioribus scriptis. Vbi etiam que-  
 rit, an stante huiusmodi statuto procedat tamen argu-  
 mentum à simili. & idem de intrinseca, cum non  
 sit sublata tali statuto, sed solum extrinseca. Subde-  
 bat præterea Cotta eodem in loco, non procede-  
 rear argumentum à contrario sensu, prout voluit etiam Alexand. in l. prima. in princip. ff. de offic. eius. cui  
 mandat. est iurisdict. Item etiam, ut stante tali statu-  
 22 to non procedat tamen regula, quod contrariorum ea-  
 dem sit disciplina, ut inquit Curt. iunior in consil. 6.  
 circa has, colum. tertia, & sequenti, & ita inquit de hoc  
 alias vidisse consultum à præstantissimis Iurecon-  
 sultis Papiæ ordinariam legentibus, videlicet à Tor-  
 to, Puteo, & Grasso: & ita etiam inquit obseruari  
 vidisse. Præterea hanc conclusionem sequitur Al-  
 bert. Brunus in tractat. de statut. excluden. fœmin. in s. articulo, numero 83. vbi inquit stante huiusmodi sta-  
 23 tuto masculinum, tamen fœmininum non compre-  
 hendere: & statutum loquens de fratre, sororem  
 non comprehendere, si contingat tali extensione  
 fœminam remotiorem proximiorem excludere,  
 ut dixit Petrus Anchætan. in dicto capitulo, canonum  
 statuta questio. 14. princip. ali, vers. dicto de filiis, extra  
 de constitut. per ea, quæ dixit Dynus in l. prima. ff. de ver-  
 borum significat. Subdens optime facere text. in l. af-  
 fiduis, C. qui potio. in pignor. habeant. ut ibi latius per-  
 num. Hanc præterea conclusionem sequitur Rolan.

à Valle. in consilio 51. numero vigefimo tertio, volum.  
 tertio. dum inquit, statum tamen disponens, ut sub sim-  
 pli casus mixtus non comprehendatur, licet ne-  
 cessariam facultatem tollere non possit, quæ à iure  
 naturali prouenit, extensionem tamen quatenus  
 ius commune corrigitur, & exorbitans intel-  
 lectus inducatur, tollere, ut latius ibi ipse profe-  
 quirur. Idem præterea voluit Parisius in consilio vi-  
 gesimo, numero vigesimono, volumine secundo. per ea  
 quæ dixit Corneus in consilio 336. column. penultima,  
 volumine primo, & Signorol. de Homod. in consilio no-  
 nagesimoprimo, factam. & rursus Parisi. in consilio  
 117. numero decimoctavo, volumine primo, & Soci-  
 nus senior pariter loquens de statuto Senensi in  
 consilio octuagesimono, numero vigefimo quinto,  
 volumine quarto. Sequitur etiam hanc conclu-  
 sionem August. Berous in consilio 120. numero se-  
 ptuagesimoquarto, volumine secundo. Redeundo igitur  
 ad rem nostram, limitatur primo loco illa con-  
 clusio, ut ubi extat statutum disponens, ut statuta  
 dicti loci intelligantur ad literam, & prout verba  
 iacent, quod variis verbis & diuersis modis con-  
 cipitur, statutum loquens de creditore, creditri-  
 cem non comprehendat.

## C A P. L X X I I .

## A R G U M E N T U M .

Statutum de omnibus casibus lo-  
 quens an etiam locum habeat in mu-  
 lieribus creditricibus.

## S V M M A R I A .

- 1 Statutum si disponat, credendum esse iuramento da-  
 mnum passi, vel creditoris, non habet locum in mu-  
 liere creditrice, quando statuta loquuntur in ca-  
 sibus in quibus de iure communi credendum non est  
 iuramento creditoris damnum passi.
- 2 Statutum loquens de bannito, in bannita locum non  
 haber.
- 3 Statutum loquens de fure vel habitatore, in muliere  
 non procedit.
- 4 Masculinum in odiosis non concipit fœmininum.
- 5 Statutum si disponat quod quilibet accusare posse,  
 non extenditur ad fœminas.
- 6 Statutum disponens vel decretum, ut committens  
 furtum, vel quid tale suspendatur, fœminas furan-  
 tes, vel quid tale facientes non comprehendit.

S Econdo loco limitatur præcedens conclusio, ut  
 inquit Ioan. Baptista Plotus in l. si quando, nu. 862. C.  
 vnde vi. Si tamen statutum disponat, iuramento damnum  
 passi vel creditoris credendum esse: huiusmodi nam-  
 que statutum in muliere creditrice locum non ha-  
 ber, vbiunque statuta de illis casibus loquuntur, in  
 quibus de iure communi iuramento creditoris da-  
 mnum passi credendum non est. Quandoquidem  
 tunc masculinum, fœmininum non concipere cer-  
 tum est, ut inquit Cotta in suis Memorialibus, in versic.  
 masculinum, in s. ibi, Secus ergo. & Soci. iunior in con-  
 silio 1. num. 102. volum. 1. & Corneus in consil. 14. in  
 presenti, num. 6. vol. 2.

Tertio

**2** Tertio limitatur in statuto † de bannito loquente, quandoquidem ad bannitum non extenditur, vt inquit Angel. in consil. 67. primum. & sequitur Decius in l. fœmine. num. 83. vers. octauo statutum, ff. de regul. iur. & Alexand. in consil. 28. preclare, volum. tertio, & † statutum de fure vel habitatore, in muliere quoque locum non habet, vt iterum dicit in dicta fœmine, num. 112. Et hoc maxime procedit, cum dicta statuta sunt odiosa, ex quo disponunt vt iure iurando vnius contra dispositionem iuris diuini creditur, cum eo cautum sit, vt in ore duorum vel trium ster omne verbum: Quo casu † masculinum, fœminum non concipit. & præsertim si materia sit indifferens, cum magis masculis quam fœminis credendum sit, vt inquit Decius in d. l. fœmine, numero duodecimo, versic. quarto queritur. ff. de regul. iur. id quod procedit etiam si statutum dicat, † quod quilibet accusare possit: Nam eo etiam in casu fœmina accusare non potest, vt inquit Bald. in rub. C. qui accusa. poss. Præterea † statutum vel decretum, quod fur vel quid simile committens suspéndatur, fœminam furantem non comprehendit, vt dixit Alexand. in consil. 135. volum. I.

## S. VII.

### C A P. I.

#### Argumentum est in Summario.

##### S V M M A R I V M.

**1** Prior in tempore, potior est in iure.

PROsequendo rem propositam; cum de creditoribus in præcedentibus capitulis dictum sit, vt de eorum prælatione nunc tractemus, conuenire videtur: & ideo in primis firmanda est regula, † quod ille qui prior est in tempore, potior est in iure, vt est text. in cap. qui prior, de regul. iur. in sexto. & in l. potior. ff. qui potior. in pignor. habeant. & tradit Cephal. in consil. 86. num. 6. volum. primo. & in consil. 135. num. 1. eod. volum. I. & Hieronym. Grat. in consil. 54. num. 25. volum. I. & est etiam text. in l. 2. & in l. qui Balneum. ff. eod. titulo qui potio. in pign. habeant. & rursus Cephal. in consil. 289. numero 7. volum. 2. & iterum in consil. 298. numero 3. eod. volum. 2. per text. ultra deductos in l. si fundum, la secunda. & in l. diuersis, C. qui potior. in pigno. habeant. & tradit gloss. in capit. I. extra de maior & obedien. & Decianus in consil. vndecimo, numero 84. volumine primo, & Portius in consil. II. numero 8. qui id non solum inquit locum habere in pignoris constitutione, sed etiam si de operum locatione agatur, siue feudorum acquisitione, siue cuiuscunq; actus conditione perpendenda. Nam semper prioris qualitatis ratio haberit solet, l. in operis. ff. locati. vbi Castren. & est text. in l. quoties, ff. de regul. iur. vbi tradit Decius & in capitulo primo, de eo, qui sibi. vbi Baldus, & rursus idem tradit Baldus in l. vnica, numero 9. C. quando non peten. part. & Decius in consil. 85. numero 92. cum alii multis, de quibus infra in discursu tractandum est. Et id procedit etiam in iure cesso, vt late habetur in decisio. Pedemontan. 133. numero primo, & tradit Catellia. Cotta in suis Memorialibus, in verbo creditor prior.

### C A P. II.

#### Argumentum est in Summario.

##### S V M M A R I V M.

**1** Hypotheca non solum datur in bonis immobilibus, sed etiam in pecunia.

**A**mpliatur præcedens conclusio, † vt anterior tempore, potior sit in iure, nō solum vt in bonis immobilibus præferatur, sed etiam in pecunia numerata: Verum quia hac de re variae sunt opiniones, merito eas recensere satis oportunum videtur. Prima igitur conclusio, vt etiam in pecunia hypotheca locum habeat, & anterior tempore potior sit in iure: ex infrascriptis ostendetur, si prius pecunia quoq; hypothecā recipere ostenderimus: Quod igitur etiam pecunia numerata huiusmodi hypothecam recipiat, tradit Patil. in consil. 69. num. I. cum sequen. volum. 4. per ea, quæ tradit Bartol. in l. et si non expedierit. §. primo. vbi etiam ponit gloss. ff. de bon. author. iudi. possi. & facit text. in l. pecuniam. C. de privileg. fiscis. vbi Doctor. notant. & præsertim Castren. & illa lex de priuilegiato creditore loquatur, de quo etiam habetur in l. ex facto, §. fin. ff. de pecul. & faciunt ea, quæ dixit Ioan. Andr. in additio. ad Specul. In titulo de obligat. & solutio. in rubr. versic. videamus generaliter. & ea quæ refert Ioan. Fab. in §. item si quis in fraudem, column. septima, versic. hoc autem potest procedere. Institut. de actio. & tradit Afflict. in decisio. 190. pulchrū fuit dubium, num. 4. per text. in l. idemque. in si. ff. que potior. in pign. habeant. & l. si fundus. §. in vindicatione. ff. de pigno. & hypoth. & per illum text. dicunt idem quoque esse, si secundus creditor, cui solutum fuit, dolo desierit possidere. Præterea quod hypotheca in pecunia constituatur, tradit etiam Cephal. in consilio 135. numero 14. volum. I. ampliatis hanc conclusionem, etiam si ipsa pecunia obligantis nondum esset, dummodo ipsius futura sit. iuxta text. in l. que nondum. ff. de pigno. & hypoth. & Negusanti in suo tractat. de pigno. & hypotheca in 3. membro, 2. partis, nu. 45. Quæ quidem hypotheca in re ius dici solet. Comprobari videtur, vt dicunt Doctor. hanc opinionem sequentes, & tradit Afflict. in dicta decisio. 190. nu. 6. arguendo ab absurdo, propterea quod tenendo illam opinionem, illud inconveniens consequeretur, vt si plures essent creditores alicuius decocti, debitor autem ille secundis creditoribus soluisset eo tempore, quo adhuc decoctus non esset, ille primus creditor contra secundum credito rem, cui solutum fuisse, & ita illud quod sibi debebatur, consequutus esset, agere posset. Vnde omnia negotia subiunguntur: & ideo mercatores negotiati non possent, & in hoc maxime versata fuisse æquitatem sacri Concilij & sub nomine regio sententiam pro ea parte prolatam fuisse.

### C A P. III.

#### Argumentum est in Summariis.

##### S V M M A R I A.

**1** Pecunia secundo creditor, & sic posteriori soluta, & primo creditor hypothecata, ab eo repeti potest.

**2** Pecunia vi genus accipitur, & quod genus perire non possit.